

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ARITHMETICES
EVCLIDEAE
LIBER PRIMVS.

Aliâs in ordine reliquorum
SERTIVS: Qui citra
præcedentium Sex librorum
Geometricorum opem erudite
persequitur, cum reliquis duobus
sequentibus, uera principia ac
solidiora fundamenta Logi-
stices, id est, ut uocant,
Arithmetices Pra-

Eticæ.

Per

Ioan. Sthen. Lüneb.

IN SCHOLARVM VSV M κατὰ Τοῦ
tractatus ἐγώ Ιηματικῶς, disquisitione numis
rum Dialectica que Dialogorum
est propria.

PRÆFATIÖ.

plentie diuinæ. Vtriusq; generis syncera & certis
limitibus diuulsa posseßio amplissimus ducatur thes-
saurus ac multo certè præstantior quam uel effari
detur

Non si cui linguae centum sint oraq; centum
Ferrea uox pariter κοὶ χάλκεον ἔτος εὐεί.
Ac statuant omnino sapientes tum demum cum reb.
humanis feliciter agi si quam plurimos uiderint ad
syncram Theologiam ὥδον τῷ διόπτρῳ nec titubare
uel blandicijs rerum terrestrium dementatos uel fe-
cibus admirationum Philosophicarum fortè temu-
lentos : atq; æqua ratione si doctrinæ incertibus hu-
manis progenitæ tractatæ in Scholis fuerint pure
sobrieq; nec huius doctores ferentur absurdarum
opinionum καὶ ἐπογενῶμεν ταχαδοξωπ ueluti
procellis. Uberius isthac prosequi nunc non est
animus. Nemis uerum est, Confusionem doctrina-
rum multipliciter damnum dare Reipub. Christia-
næ. Pròinde non mirum si nunc periclitetur Reli-
gio, periclitentur ueræ sapientiae studia. Ac de his
quidem neinini non cordato uidere est, haud multò
post eandem grassaturam in Germanicis oris barba-
riem quæ memoria nostrorum parentum anteactis
uiguit temporibus. Nam quum insulis doctrina-
rum temperamentis diuersissimorūmq; pabulorum
φυράμασι pasto Iuuentus non perducatur ad ipsa
singularum disciplinarum penetrakia sed tantum in

PRAEFATIO.

superficie atq; obiter degustet citra delictum et ordinem partim ex sacris partim uero prophanis que sibi non rectitudini uisa, forte res $\tau\alpha\epsilon\tau\omega\tau\alpha\lambda\alpha$ $\gamma\sigma\sigma\alpha\zeta$ preclarè facienteis ad ostentationem, diffculter futurum est ut solidè Doctorum uirorum atq; excusso iudicio præditorum in literatura cùm humaniore tum diuina habitura sit posteritas uel tolerabilem numerum.

Cæterum, indulgere querclis præsenti negotio profuerit haud multum. Par est ut unice fas ueamus omnibus uerè doctis, Philosophiam puram atq; cruditam pietati doctæ simplici q; distinctè iunctam amplectentibus: nec quicquam nobis potius sit quam propagari ad posteritatem cùm sas niam, perfectam, ac solidam, tum sinceram incons taminatam ac probè distinctam omnium doctrinarum cognitionem. Id uia non potuerit fieri expeditiore, quād si Ecclesiarum seminaria, scholæ, in iaciendis uerè Philosophiae solidis fundamentis ac tenuissimis eiusdem simplicissimisq; radicibus commonstrandis fideliter fuerint occupate.

Nititur autem totius Philosophiae certitudo ac perspicuitas duabus pulcherrimis purissimisq; disciplinis Arithmetica & Geometria ex quibus tanquam de fonte salubri manat quicquid in reliquis doctrinarum generibus uigoris est atq; elegantiae.

PRAEFATIO.

Has duas alibi Plato diuinitus nostris adnotatas alias uocat, alibi, ut in Epinomide, per has uiam patere dicit ad discendum, ac uolentem diuersam fortè ingredi hortatur ad inuocandam ut dicitur Fortunam. Nec uero possibile est, ut in peruestigatione ueri non hallucinetur is qui ad has combinatas disciplinas ueluti Dædaleum non uigilanter respexerit filum, harum firmissimam anchoram animo non prehenderit quarumlibet doctrinarum ingressarius tractationem.

In disputationibus Socratis apud Platō nem non abscura sunt huius rei testimonia, nec eadem apud Aristotelem desyderantur. Ceterum Galenus Hippocraticæ doctrinæ perspicacissimus commentator, meritò sese effert in hoc genere, ut non de nihilo sit, quod beneficio Geometriæ sese extricavit ex tam uarijs sectarum ac disputationum labyrinthis, atq; ob id uix concedentem arbitremur, aliū quemquam hoc authore inter ueteres uel μάθημα Τεγού uel in inquisitione ueritatis ἀκριβέστερον regnare. Mouet is in libro τετραυστέρως Ιατρικῆς non infrugeferam, meo iudicio, questio nem, Quot nimurum necesse fit concurrere ut quis in tractatione cuiusq; doctrinæ feliciter laboret? Aequaliter statim subiicit, Septem esse.

I. Primo desyderat naturalem ingenij acrimoniam (Φύσιμοξεῖα) quæ doctrinam illā rationalem cui se quis dederit promptè comitetur. II

PRAEFATIO.

I I. Ut ab ipsis usq; pueritiae annis ingenium illud exerceatur in primis atq; insimis disciplinis, ac quis uelit quò sciatur μάθισα δ' ἀντὸν inquit ἐμ Αγρίφιος Τικῆς Τε κοιτεωμετρία γυμνάσα ως δεῖ.

III. Præbere aureis præstantissimis quibusq; suis temporis.

III. Εἰναι φιλοσοφότα το, patientissimum esse laborum, οὐ nec cubitum ire nec cubitu surgere quin animus torus inhibet doctrinæ.

V. Quot paucis contigit, Amantem esse ueritatis.

VI. Ut comparet sibi methodum quandam διαγίνεται αληθέστε Κατεύθος, qua possit dijudicari uerum à falso.

VII. Post hæc omnia diligenter tractare atq; exercere methodum. Hæc ille. Possent uero nonnulli demirari quid consilij fuerit Galeno ut statim in secundo articulo postularit, educationem puerilem primis confici disciplinis, Arithmeticā P O T I S S I M V M ορ Geometriā? Nec multum aberit ut hoc nomine male audeat Galenus ac ceciderit facile in Criticorum nostræ ætatis acerrimam reprehensionem audacter tanto uiro obstrepentium non conuenire ut perceptis linguarū rudimentis statim pueritiae instillentur de numeris ac Magnitudinib. præceptiones, satius uero esse quò uenetur tenera etas impensis ea quæ usum tandem sint habitura in communi uita, id est, quæ dū mirificè uibrant oculos uulgi conferent uel ad questū uel ostentationem.

A 4 Ab

PRAEFATIO.

Ab his adeò morosis censoribus si nihil aliud, saltem illud impetrabimus opinor quò concedant, res è Dialecticen dici omnium doctrinarum Organon, nec post linguarum mediocrem cognitionem nullam eque necessariam esse iuuentuti, quòd circa illius adminiculum caligent oculi mentium nostrarum in perspicientia ueri. Nam hoc si negauerint, imprudenter infringent passim et à senibus et pueris iactatum definitionem Aristotelicam qua fertur, Dialecticen esse scientiam scientiarum, habentem ad omnium methodorum principia uiam, id est, ut Græcè reddamus, ἐγετασινών τρόπος τὰς ἀντασθύτη μεθόδων ἀρχές ἀδόπ εὐδοξία. Hoc itaq; concessio, respiciant ad præmissa Galeni placita septem, et adcuratè sciscitentur causam quur idem ordine demum sexto in discente desyderari Dialecticum organon, id est, methodum cuius ductu secernat ueritatē à mendacijs, loco uero statim secundo ab ætate iam Adolescenti flagitet Geometrias et Arithmeticas exercitamenta? Heic uero nulla alia se se offeret ratio, quam quòd disserendi ac docendi uia tota directissimo tramite progressiatur ex Geometrarum et Arithmeticorum processu, ut ita sit impossibile, quenquam natuæ Dialectices στῶμα recte cognitam habere qui eandem non prius deprehenderit in numerorum ac magnitudinum doctrina, ubi materiæ non offeruntur.

PRÆFA TIO.

etur lubricæ & disputabiles seu contingentes, sed per omnia sibi similes, necessarie, & immotæ, suppositantes non unius generis demonstrationes. Nec enim in ullo quod sciamus disciplinarum genere eidemtiora & captui ingeniorum adcommoda tiora reperi ri licebit exempla, uim Dialecticam sic exprimentia, methodum exquisitam & uerè didacticam sic informantia, atq; in his certè humanissimis & eruditione summa refertis quantitatum considerationibus, circa quas uersatus Adolescens plus efficerit in percipienda Dialecticā mensis unius spacio quam adsiduus multiplicium commonefactionum librarius uix tota tricsteride. Hoc consiliū fuisse Galeno certum est in præmisso loco: nec diuersum ab illo sensit Plato cion uestibulo scholæ suæ præfixit symbolum Αγεωμέτρητος οὐδὲ ἵξιστο, nec uel Aristoteles uel ullus unquam sapientum quos uera erudit̄ philosophia iudicarunt aliter.

Prōinde diuersa plerūq; cùm ætatis nostræ literati semita ferantur, aliena prorsus & à naturæ ductu & præstantissimorum quorūq; imitatione, sit, ut quantumvis laboriosè desudetur in Dialectico rum officinis tamen ingurgitentur quam plurimi diuersissimarum opinionum turba & præpostero quodam discendi feruore præcipitentur in medium studiorum agmen: ubi strenuè quidem laborant, in

PRAEFATIO.

unum ut congerant aceruum omnia quomodoq; nati-
ria cognoscant, tractent, retractentq; : Cæterum
hec in quem finem, qua methodo, quoque ordine,
qua iudicij dexteritate, ne uenit semel in mentem
quidem. Cui tamen calamitati non parum medere-
tur & Arithmeticarum & Geometricarum rerum
Theoria: Siquidem hec in aggredienda quarumlibet
rerum etiam perplexissimarum consideratione
certum atq; indubitatum designat nobis quam ne-
cessè habcamus ire redire uiam, ac menti iam peres-
crimanti uelut ex sublimi specula monstrat certum
portum ad quem evitare tanquam ex medijs scripto-
rum fluctibus citra periculum possumus.

Sed exciderat profcmodum quòd Galenus in
quinta sede collocet rem nominatu quidem facilis-
man cæterum iam in paucorum possessione
Veritatis amorem. Hunc uel in generat ani-
mis nonnunquam præstantibus numerorum & ma-
gnitudinum purissima Philosophia, uel si non inge-
nerat, tamen diuinitus innatum retinet, nec unquam
committit, ut idem citra notabilem frugem uegeti-
or reddatur luxurictue thoris animosi pectoris ar-
dor. Res certè loquitur ipsa de ingenijs huic Philoso-
phiæ studiose ac uerè deditis quòd præter illam men-
tis quam possident celeritatem tam ad inueniendum
quam ratiocinandum, præterq; sobrietatem ac uitæ
castimoniam quam necesse habent colere, sint pari-

P R A E F A T I O.

ter ὁρθὸν καὶ σαφῶς ἐσθλὸν secundum Euripidem,
id est, amore quodam ueritatis ingenua et candi-
dx, liberalissimaq; simplicita, et recta, atq; expre-
sita in quarumlibet rerum tractatione: Contrà, dis-
storta et his doctrinis maligna ingenia plerunq;
sunt insidiosa et uafra, occultè simulantia ac dissim-
mulantia queuis, humi serpentia et sordida ψεύτη
ΦΙΛΟΧΕΓΔΗΝΑΚΤΩ ΦΙΛΑΧΤΙΩΠ, perfida nonnun-
quam, ut amor ueritatis ac candor non tantum sint
res uelut ab iisdem iam profligatae atq; in exilium
pulsa, sed pene ut cum Ouidio loquamur intermor-
tuæ. Alijs etiam fortassis hoc nomine ignoratæ
delitescunt hæ duæ frugalissimæ disciplinæ quoddni-
bil τεχνοὶ Τὰ ἄλφιτα, qui tamen ignorant, illa
plerunq; plus habere in recessu quæ minus fronte
magnifica solent promittere.

Nam si non satis est, easdem disciplinas tum
ratione universalis organi methodici reliquas om-
nies anteuertere atq; iisdem inseruire, tum ad amo-
rem ueritatis ac ingenuitatis flectere menteis no-
stris, ut haec tenus declaratum est: Tamen illud
TERTIVM abunde magnum est quod ex illis pro-
ficietur emolumenitum ad R E A L I A
PHILOSOPHIAE, quodd utraq; huius pars tam
que θεωρητικὴ quam quæ τεχνητικὴ dicitur,
uel mutilabitur principalibus suis membris,
uel plus quam Cimmerijs obruetur tenebris exulans

PRAEFATIO.

pe Arithmetices & Geometrices lucernd. Ita tō
tā reliqua Mathesis(quae complectitur Logisticen,
Harmonicen, Geodæsian, Opticen, Mechanicen, &
Astronomiam) duarum istarum præsidio destituta
in extreūm discrimen ueniet. Quid enim hæ sunt
quā in perpetua Geometria & Arithmetica sed re-
bus physicis implicatae? In Physiologia pariter
ac Morali doctrina frustra tumultuatur is quem de-
stituit & tradidit eis uel Geometricæ uel Arith-
meticæ, nec refert Socratis ne adhæreat an Aristote-
licis neutrobiq; feliciter cesserit, istis neglectis, ad
uiuidum Philosophiae fructum capessendum diuina-
sam adflectare uiam.

Sed quiescant Encomia. Nullius omnino tan-
tum esse poterit orationis flumen quod pro dignita-
te uel numerorum uel magnitudinum admirans
dam certitudinem ac uenustatem, nunc certo Syste-
mate comprehensam, mortalium cœtui satis declara-
re posse. Certè mentis diuinæ diuinam hanc esse pros-
geniem sapiens quiuis agnoscit, atq; utinam dare-
tur eiusdem simulacrum aliquod uiuum oculis no-
stris representari, incredibili procul dubio percelle-
ret omnium animos amore & admiratione sui.
Nunc in hac caligine Deo quæq; proxima ingenia
saltem ui & claritate quadam mentis diuinitus af-
fusæ nonnulla gaudent imagine, sed multò felicius
compagine soluta fruentur eudem in consuetudine,

Dei

PRAEFATIO.

Dei Optimi Maximi ac immortalium spirituum:
Non institutur autem in praesentia σύγκρisis
Arithmetices ad Geometriam exquisita. Potio-
rem certè, & loco & tempore digniorem Arith-
meticen Geometria facimus. Nec ignoramus quæ
contrà, quæq; ex hac rursus possent disputari para-
te. Sed utriusq; discipline prima fundamenta non
aliunde conuenientius petere uerè sapientiæ & hu-
manitatis studiosi uel poterunt uel debebunt, quam
ex quindecim libris Mathematicorum elementor.
Euclidæ, ueterum Philosophorum quotquot Plato-
nem antecessere ni fallamur ingeniosissimi, de cuius
opere tantum libuit perhibere. It hinc peti Ju-
stissima exordia omnibus generofis
& excelsis ingenij ad ueram, pu-
ram, atq; eruditam philosophiam du-
centia: Atq; is sciat se esse philoso-
phum & quidem μεθοδικώτατον qui in
hoc opere perspiciendo florentem ex-
ercuit etatem. Cæterum, cui res Eu-
clideæ peregrinæ atq; inusitatæ ui-
dentur is in philosophia tota, veluti
tæca nocte nauigans, dum querit re-
rum

PRAEFATIO.

rum veritatem pro veritate captat
fumos, tendit in altum sine pennis ac
sufficientibus alis, vitreo forte datu-
rum, ut cum Flacco loquamur, no-
mina ponto.

Septimum nunc huius Philosophi librum qui
inter Arithmeticos primus est Deo fortunante in lu-
cem datus, reliquos duos deinceps per ocium &
occasionem, si fortunae, id est Deo, sic uisum fuerit
exhibituri, ut si fieri forte per nos posset quoquā
modo daretur Iuuentuti occasio discendi & Arith-
meticen & Dialecticon uel uniuersam potius Philo-
sophiam ex iustis fontibus. Illius equidem gratia
factum ut, omissis demonstrationibus, τὸ δὲ seu
nuda præcepta Gra ἡ pariter ac latine persequuti-
simus, hec conuenienter exemplis disquisitionis
busq; non latè uagantibus more Socratico explicuis-
se contenti, ne quā possent demonstrationum (ut
opinantur) congerie seu perplexitate rudiorum ab-
sterreri mentes. Dimidium facti, qui bene cepit,
habet inquit ille, quod quum nusquam non tum in
hac potissimum Philosophias parte plurimum habet
momenti. Vniuersæ quidem practicæ ratiocinatio-
nes ex his primordijs Euclideis sunt ductæ, atq; hoc
ille tenacius computantis adhærent memorie quò
fus-

PRAEFATIO.

Suerint adcuratius horum initiorum solidissimis basibus fultae. Nec uero effuri datur quam bene uolumus Scholis passim, quum non ignoramus, Ecclesiæ iam grauiter periclitanti Rebusq; publicis male passim constitutis non esse leues aliquando petendas alleuationes inde. Illis igitur ut unice prolixo nostra hac ueracuōd'x, que annis iampridem adolescentibus per exercitationem consecuta proximis uero diebus per ocium de integro rescripta sunt, ueramente optimum. Quod si secus acciderit contra quam animus benignè pollicetur, erunt tamen hæc ipsæ, ut arbitramur, indicio de studio ac uoluntate nostra semper ad bencinerendum propensa.

Restat ut Amplissimo Senatorum ordini Vuratislauensi uelut in gremium deimus has ipsas de numeris Dissertationes nostras ōv̄ ἀσαφεῖς ni fallimur ōv̄ ἀμαθεῖs, haud cista deliberationem tot præstantium ac grauium uororum uel equissimo iudicio uel singuliri humanitate ac benevolentia freti, quò uel corundem pressidio munitiones esse queant contra huius Philosophie occultos osores, uel ipso exemplo, tanquam humaniter hospitio susceptæ, facilius etiam illabantur animis studiosorum iuuenum. Variorum equidem uoces ac suffragia doctorum scriptis celebrium de Repub. tam illustri quum honorificè tum non

PRÆFATIÖ.

minus splendide loquuntur. Non itaq; potius
tandem et nos non uehementer admirari atq; animo
suspicere, potissimum uero propter culturam excelle-
lentem sinceræ in Deum pietatis ac maximè præ-
clarum erga optimas quæsq; disciplinas & literatos
studium,

, Feret hæc aliquam pia fama salutem.

Athletæ gaudent ob corporis robur præstans
laudari, alij diuitiarum copia, nonnulli dominatio-
ne ac potentia sibi gloriam & admirationem com-
parasse feruntur: Sed longè expeditior ad peren-
nem ac unquam intermorituram laudem & pos-
teritatis etiam celebritatem patet aditus, per con-
seruationem literarum. Hæc, præter quam quod gra-
tan de Deo fama spargunt (ut uenustè dixit Pla-
to) uiros insuper laude dignos mori uctant sua illa
λαυροσινη μολπη. Ηγεγάτος οώσαρι εισαρε
μέλπεντοι τούτωρ Τε νόμοςε καθεα κεδ' α.
Per hanc uiam laus parta non est lubrica nec uni-
quam ulla uilabefactari potest quo fiat caduca
sed altissimis fixa radicibus suo
persistit loco.

Die Natali Ioannis Bap-
tistæ. Anno

1564.

PERSONAE DISSERENT: PHILOMATHES, ET ORTHOphRo. NIVS.

Διάγετις Prima.



ON EST DE
nihilo quod habeas
mus te plus solito
cogitabundum hu-
manissime Ortho-
phroni: uideris alii
quid meditari σεμνὸν

OR: Vera dicas Philomathes. Nam
uenit in mentem heri sub uesperam,
Epigrammatis Græci de aurea Miner-
uae statua: Cuius ænigmatis Arith-
metica consideratio cum mirifice me
torsisset adolescentem ante biennio-
rum, uicit tandem pristinam difficulta-
tem explicatio problematis Eucli-
dei, quod exhibet ultima propositio

B libri

isti septimi Elementorum. Quatiquam
autem Epigrammati Græco secunda
dum Logiste præscriptum antea satiſ-
facere non usq; adeò difficile fuit : ta-
men uia rem expediendi reddebatur
eò impeditior, sæpiusq; (tametsi prius
nota) memoriam effugiebat, quod
progressuū in problematis solutione
ueras ignorarim tum causas. Atqui
si tres illos de numerorum rationibus
Euclideos maturius degustasse libros
num opus crederes tot ambagibus &
ingenij tormentis mihi sæpius fuisse
in huius ac plurimum huic non dissimili-
lum Epigrammatum expeditione ē
PH. Desydero mihi proponi & expli-
cari istud de Pallade Epigramma mon-
strata progressus uia ex indicata pro-
positione Euclidea. OR. Non erit id
molestum facere propter summam
quæ tecum mihi intercessit necessitu-
dinem, et par est ἀνεῳγμένας ἐναι μοντῶν
διῆς. Cæterum expediret, si in Eucli-
deis peregrinus es, ut ab origine inten-
gium septimum cognosceres librum,
sic pedis

Sic pedibus probē lotis ad ultimam de
uenires propositionem, PH. Rem mis-
hi non insuauem futuram proponis
docte Orthophroni, præsentim si *bidui*
spacio isthæc ὀμλία perfici posset.
Equidem recipio uicissim me quoquo
tempore præstitum illa gratitudinis
ac humanitatis officia quæ ab amico in
bene de se meritum proficisci par est,
OR. Aggrediamur. Verum prius, si
uidebitur, præmittamus nonnulla
(quancq; passim trita) τροπεγωμένων
uice & quidem primo loco

I.

D E P A R T E P H I L O.
sophie ad quam spectant
Elementa Euclidea.

DIC *IGITVR P H I L O.*
mathes, quot reris esse Philosofos
phig partes; PH. Tres: λογικὴ, φυσικὴ
et ἀνθρωπικὴ. Libros autem Euclidæ quum
Mathesin tractent ad secundam par-

B ij tem quæ

tem, quæ naturæ propria est refero.
OR: Confusè ac minus profectò com-
modè isthæc à te dicuntur.

Rectius referuntur à Claudio
Ptolemæo in uestibulo μεγάλης οὐρανί-
ζεως due Philosophie partes, utpote
τὸ θεωρητικὸν μέγθοντο τὸ πρακτικόν,
Contemplativa & Activa. PH: Missa
activa de qua mihi forte tecum con-
uenit ut olfacio, de contemplativa dis-
seramus: In quo igitur species seu po-
tius parteis dirimit Ptolemæus specus
latuam? OR: In tres. i. Quarum
τὸ θεολογικὸν εἴδοντο seu prima Philo-
sophia summum & principem fortita
est locum, cumq; ab Aristotele μετὰ
τὰ φυσικὰ tractetur, turbato idcirco
vocabulo, nunc Metaphysica uulgo
dicitur. Huius proprium est tractare
purissimas substantias ἐπάνωλια κα-
ναρότητι, καὶ ἐραιδεῖ προσβολῇ, hoc est,
ut Procli uerbis loqui pergamus, περὶ
ὑποστάσεως ἀμερίστως καὶ ἀπλῶς, ἀδιαγέ-
τως, καὶ ἀσωστέως.

3 Huic

3. Huic primæ speciei opposita est ultima & tertia species crassioris considerationis quæ sola propriè dicitur *Physica* quum tractet τὰς φυσικὰς μερικὰς τάξις διαιρέσεοι ποικίλαις πλεονάζοντα, hoc est, quæ in materijs sensuī subjectis scrutatur motum. PH: Video nunc quorū tendas: Ut inter extremas hæcce duas species facias secundam, quæ est ὁ νοητὸς μαθηματικὸς ταῦτα μετρητὴν λογον. OR: Id certè uolo.

2. Nam quantitatum doctrina hac de causa mediā est regionem adepta, quod nec circa substantias puras ueretur, ut Theologia illa Philosophica, nec περὶ τὸ ἀστρονύμιον, id est circa materiam lubricam & instabilem ut Physice, sed quod formas rerum ut numeros & magnitudines quanquam in materijs hærentes, tamen εἰς αφαιρέσεως consideret, pure, καὶ οὐλικεῖν αὐτόν, sola mentis agitatione. Colligere tibi nunc licet quām sit apta Mathesis humano ingenio, ubiq; certè sibi similis, nihil fluctuantis ambiguitatis

B iii continens

continens, sed tota referta et nixa cress
berrimis & evidentissimis demonstra
tionibus, quibus, nisi uis quædam affe
ratur naturæ, contradic̄ nequit.

Tales sunt due pulcherrimæ sci
entie Arithmetica & Geometria,
quas non immerito dixeris coniuges
ēmōphād̄ μενάς mutuas in Philosophia
sibi tradenteis operas: Evidem fa
miliam & aconomiam Philosophi
cam quantam habemus, & pepere
runt, & summa cum ēvraξίᾳ admi
nistrant. Has itaq; duas combinatas
disciplinas quando tractet Euclides
noster in X V. Elementorum libris,
scis quid inde tibi sic expectandum.
PH. Vehemēter arrisit Orthophroni
hæc Philosophias, quam de sententia
Ptolemæi reculisti, partitio: Cæterum
de Grammatica, Dialectica, & Rhei
torica miror quorsum referantur à
Ptolemao: OR: Nesis de his in præ
sentia sollicitus, quando nihil faciant
ad insti

ad institutum: Breuiter uero me ex-
pediam: Longo discrimine seceris
linguas à Philosophia: quum aliud sit
tractare res (quæ petuntur ex Philos-
ophia) & aliud, dare puerileis præ-
ceptiones de ratione loquendi, (eu res
mente comprehensas certis notis &
symbolis proferendi, quod non tam
accuratis præceptis quam fidei imita-
tione perficitur. Viam porro ἐγετασ-
κώ ratiocinandi de rebus, quam pro-
priè Logicen alias à dissertationibus
Dialecticen vocauere, alteram item
ornatè et splendide dicendi Rhetoris-
cen, non Philosophice commisceo, sed
organa seu instrumenta illius tra-
ctandæ noco. Nec ignoras, τών λογικών
ut mirificam uini mentibus nos-
stris ad natam a quibusdam.

Ἄριστα μετὰ τὰ φυσικά
referri: Sed hæc
ἀρέγγως.

B iiiij II Quot

II.

QVOT SINT DISCI-
plinæ Mathematicæ, & vn-
de hoc nominis habeant.

PH. TANTVM ARITH-
meticen & Geometrian Ma-
thematicas dixisti, quid fiet autem de
reliquis? OR: Platonii duo sunt Ma-
thematicum genera, alterum uocat pu-
rum et à nobis relatum in secunda spe-
culatiuæ Philosophias parte comple-
ctens numerorum & magnitudinum
tractationes (id est, Arithmeticen et
Geometrian) sola mentis agitatione
εξ ἀφαιρέσεως, citra subiectorum, seu
rerum Physicarum, quibus inhærent,
admixtionem consyderatas. Hæ
verè et sua origine ueteribus Mathe-
maticæ sunt dictæ disciplinæ, P H:
Fortasse, quod disciplinam seu institu-
tionem præceptoris non uulgarem
requirant, nec multis contingat in his
percipiendis

percipiendis & utrūq; dñe actus esse : uel
quod longam discendi operam & in-
genij singularem desiderent acritos-
niam etymo deducto & p̄t τὸ μανθάνειν
OR : Ita quidem uulgo fertur : Cæ-
terum ut & meam tibi referam de hac
opinione sententiam, arbitror has so-
las duas numerorum & magnitudi-
num doctrinas uel Mathematica Græ-
cis uetustioribus esse prius dictas uel
disciplinas Latinis, quod generaliter
ad discendum omnibus ingenuis pue-
ris liberaliter & honeste educandis
sunt apud veteres propositæ ijsq; seu
permansuris in literarum studijs, seu
ad alia vitæ negotia traducendis, si-
cum hodie ratio legendi & scribendi,
singulis (nisi qui prorsus inexulti
& agrestes censemur) tradi solet.

PH: Ut video ueterum pueris expe-
ditissimus ac facilimus fuit hinc adi-
tus ad alias doctrinas, potissimum ad
Dialecticen hinc legitime prognatam

B; s quæ

quæ hūsc̄ poterit euidentius declarari, quā per exempla ex harum ditione petita, sicut adparet ex Socratis atq; Aristotelicis tractationibus. Sed hæc de nomine Matheseos eiusdemq; pri-
mo genere. Nunc pergas quæso non
nulla referre de altero. Mathematum
genere. OR : Hoc Platonī mixtum
est. Nam magnitudines & numeri
non considerantur in eo pure ο
καὶ ἀφαιρεσιν (Ut fieri in Arithmeticā
& Geometriā nosti) sed implicata
rebus Physicis, Ideoq; dicuntur Ari-
stoteli φυσικῶτες μαθήματα. Huius
generis duas tantum agnouit Pythag-
orea familia, Musicen & Astronomos
miam : Illa numeros seu Arithmeticos
cen sonis accommodat, hæc uero
Geometriam astris. Nam Geome-
tria propriè peperit doctrinam Astro-
nomicam estq; de ipsius propria essen-
tia, Arithmeticā Coronidos uice ad-
bibetur tantum, redditq; Astronoma-
miam

miam usibus humanis aptam. PH.
Memini Geminū, ut refertur à Pro-
clo Euclidæ Græco commentatore,
plures huius mixti generis disciplinas
fecisse quibus Pythagoricæ duæ con-
numerantur. OR Sex nimirum, Vt

- | | | |
|------|--------------------|---|
| I. | <i>Logisticen.</i> | Arithmetica
principaliter reb.
physicis adcom-
modant. |
| II. | <i>Harmonicen.</i> | |
| III. | <i>Opticen.</i> | Geometriam
primariè. |
| IV. | <i>Mechanicen.</i> | |
| V. | <i>Geodesian.</i> | |
| VI. | <i>Astronomia.</i> | |

- I. *Logistica* tres habet species:
1. Logistica communis quam hodie
Arithmeticam practicam dicunt, à nul-
lis elegantius nostro tempore nec
dexterius tractata quam à Micyllo &
Tonstallo. 2. Logistica Astronomi-
ca uel sexagenarum & scrupulorum
sexagesimorum, quam ex professo &
eruditè

eruditè proponit Græcus Ptolemæi commentator Theon, in primum μεγάλης σωτερίου. 3. Logistica Cossifica uel progressionum Geometricarum, quam alias Schematicen discunt, quod numeros tam rationaleis quam ἀριθμητικούς schematibus Geometris adcommodet, alias Logisticen Geometricam, alias artem rei & census. Hanc dicitur ex professo tractasse Diophantus Græco scripto, cæterum quum adhuc lateat, cognoscantur in terim Stifeli & Rudolphi commentationes.

II. *Harmonice* dicitur alias Musica. PH: Musices appellatio ab inquisitione ducta, toti olim Philosophiae communis fuit, quum omnes artes produxerit sagax ingenij humani inquisitio, OR: Nunc autem exolevit uetus illa Philosophica Musica, & tamen hæsit appellatio in sola sonorum harmonicorum doctrina. Ptolemaeus, cuius scriptio nunc prodijt,
Canonicen

Canonice vocat. Prodierunt et Psellos & Euclidæ Græca de hac fragmen-
ta, & Aristoxeni Musicorum de ues-
terum sententia Principis. Ante per-
paucos annos solius Boëtij, & Fran-
chini nitebamur autoritate.

III. *Optice* Geometriam uisui
adcommodat. Prodiit autem nuper
Euclide Græca ἐγκρίψις tractatio,
alias copiosius prodita per Vitellio-
nem

IV. *Mechanice* Geometriam
uarijs rebus Physicis adcommodat:
Alias Architectonica: de qua uitru-
uij loquuntur opera.

V. *Geodesian* posses & Geogra-
phian dicere: Sed hæc appellatio nu-
dis competit descriptionibus partium
terreni globi, illa uero dimensionem
Mathematicam denotat, quæ benefi-
cio Geometriæ fit. Hanc disces ex με-
γάλῃ ἀρχαγματείᾳ Ptolemæi, & Strabo-
nis opere.

VI. Astro-

*VI. Astronomia restat, reliqua;
rum cum præstantissima tum difficulta;
tima, nec debet cum Astrologia tamen
tikè confundi, quum Astronomia
Mathematica sit quanquam mixta, Astro-
logia vero propriè ac pure Physicæ est
possessionis. Hanc erudite Ptolemæus
us, illam & Ptolomæus & nostra tem-
pestate Copernicus excellenter atq;
ingeniosissime tractarunt.*

PH: Desistas tandem ab his nona;
nihil intempestiuus adiectis: Illud, ut
arbitror, conatus es ostendere : has
sex disciplinas iam indicatas nec pure
Mathematicas esse (quod Arithme;
ticæ proprium & Geometriæ) nec
integrè ad Physicen posse referri, sed
medium quendam adipisci locum in-
ter doctrinam Physicam & ues;
te Mathematicam. Nunc
transeamus ad
alia,

III Quo

III.

*QVO ORDINE PER
sequuntur Elementa Euclidea
Geometriam & Arith-
meticam.*

PH. NVM IPSVM AR
bitraris Eucliden in
hunc qui nunc extat ordinem sua di-
gessisse: OR: Mihi uerisimilius est
Theonem totius συγγραφη esse
authorem, multaq; restituisse in Eu-
clidem, nonnullis lucem addidisse &
pleniū tractasse, plurima inseruisse,
& in ordinem sibi uisum conuenien-
tiorem redegisse sicut intuenti sagaci-
ter totam totius operis structuram
perspicuum est. Certe scopus est au-
thori non tam Arithmeticen tractare
quam Geometriam, atq; ita quasi per
accidens insertos tres de numeris li-
bros arbitrantur, quò subsequens eos
decimus liber tractans τετραγενερωμ
διέρκητωμ

αριθμητωρ ἢ *ἀλογωρ* absolui posset: Nam
si utrancq; disciplinam ex professo do-
cendam suscepisset, orsus fuisset ab
Arithmetica, quæ & facilior & natu-
ralior est. PH: Quoquo modo se res
habeat, institutas uelim per breuem
quindecim librorum, *διάταξη* OR:
Audias igitur. Sex priores libri quan-
quam multa particulatim contineant
quæ à denominationibus Geometri-
cis ad possessionem Arithmeticam
non iniuria transferri possent ut ma-
gna ex parte est 2 & 5 liber: tamen si
integrum σώταγμα eorundem con-
sideres, bonam comperies partem fo-
lis Geometricis competere & aliter
in numeris fuisse describendā, præter
quam quod habeant denominatio-
nem magnitudinum propriam, τῷ
μεγάθωρ, non generalem quantitatum.
Tractant autem hi sex libri prima ele-
menta secundæ speciei continuæ
quantitatis, id est, τῶν ἐπιφανίæς θεω-
ρίας, speculationes de superficiem
quantitatibus, nec tamen quarumlibet
super-

superficierum sed τέταρτον saltem;
Superficiei siquidem planæ primus
debetur locus Quid uero singulis
libris proprium sit, non est huius loci
proponere.

Vltimi quinq; libri ut undecim-
mus, 12, 13, 14, & 15, tertiam magni-
tudinis seu quantitatis continuae ipse-
ciam, utpote τὸ σῆμα μεγίστη breuiter
perstringunt. Quibus adiungendi
tres de Sphæra Theodori Grace
nunc editi libri.

Reliquorum intermediorum li-
brorum tres, ut 7, 8, & 9, Arithme-
tices Elementa breuiter expedient.
Decimus totus in collatione conflu-
mitur: quum conferat τὸ τέταρτον
δεωρίσης ad numeros, & ob id reliquo-
rum difficilimum uulgas Mathemas-
ticorum ueretur esse.

PH. Arbitraris perfectam Arithme-
tices ac Geometræ cognitionem
ex his 15 Euclideis libris posse quenq; baurire: OR: Minime, nam ex Eu-
clideis scriptis harum disciplinarum

C

saltem

saltem τὰς ἔγγρας σοιχεῖα καὶ τὰς ἔγγρας
ἀγχαῖς sperare licebit, ideoq; Elementa Euclidea dicuntur. Vberiorem ue-
ro atq; exactiorē inquisitionem alia
unde te petere oportet : Geometrias
quidem tū ex libris Archimedis qui
Græce extant, tum ex doctrina tri-
angulorum tam planorum quam
Sphæricorum per D.Nicolaum Co-
petnicum & Ioan; de Regio monte
in methodum redacta, Arithmetices
autem Iordanus latīnus scriptor, Ni-
comachus Græcus, & nostri tempos-
ris Cardanus bona ex parte supple-
menta porrigent.

PH. Sufficient, precor, illa quæ
haec tenus sunt ἔγγραλεγμένα, desydero
siquidem audire ipsum nobiscum lo-
quentem Eucliden, OR. Parebo uos
luntati tux, nec uero aliud mibi hīc
erit curg quam ipsissimum textum Eu-
clidē κατὰ πόλιν omisis probationibus
seu mole demonstrationum propo-
nere quanta potero simplicitate ac
perspicuitate. Nam huiusmodi disci-
plinas

plinarum tractatio magis requirit ser-
monem distinctum, sanum, ac per-
spicuum, quam splendidum aut copio-
sum. Demonstrationes autem in
præsentia omittemus, quod initio te-
nella corpora non solido cibo, sed la-
cte nutrire conueniat Ita nec erit opus
multa prælibare de speciebus seu nor-
mis demonstrationum nec de Petitis
seu postulatis: Communeis animis
natura insitas sententias, quæ Gracis
sunt ἀγνώστα, operose referre aq; lu-
peruacaneum erit. Proinde super ses-
dentes his compendij ac facilitatis
gratia, primum illustremus ipsas ter-
minorum quorum usus erit in pro-
positionibus definitiones, quas & ὄγεις
& θέσεις aut etiam hypotheses posses di-
cere, desq; operam ut probe percipias
terminorum seu phræmū uim, qua
dextre cognita non erit quod te ue-
hementer torqueat in sublequun-
turis deinceps propositionibus.

Sed audiamus iam ipsi-
sum Eucliden,

C. ij. Epot

ὅροι.

TERMINORVM DEFINITIONES.

PH. **N**on nego deberi multum laudis Zamberto latino Euclidæ interpreti. Cæterum qui græcè peritus græce loquentem legerit, deprehendet nonnihil discriminis inter lacunas quamvis puras atq; ipsos fonteis. Legam igitur singula Græce ut habet codex; Tu uel ad uerbum uel more paraphrastæ reddas. Prima definitio sic sonat.

I Μονάς ὅστις ἡπ τὸ ἔκαστον τῶν ὀντων
ἐπ λέγεται. OR: Unitas est secundum quam unumquodque eorum que sunt unum dicitur. Distinguit Euclides unitatem à rebus, ut res à Dialecticis dicta individualia sortiantur designationem unitatis PH. Clarius nonnihil dicas idem. OR. Vult unitatem esse notam mentis nostræ, qua cuiusq;

cuiusq; rei in natura existentis singularitas determinetur. Est autem unitas principium & fons numerorum, sicut κατ' αναλογιαν punctum in Geometria origo magnitudinum.

PH. Designes uerum, esse entia, ac natuum numerorum & magnitudinum discrimen. OR. Numeri à certo principio tenuissimo & simplicissimo, nimirum a radice quæ est unitas Geometrae ducentes initium procedunt κατὰ tria. σώθεσιν ιγέν σωθεσινδρόν in infinitam augmentationem: At uice uersa magnitudines in Geometria κατὰ διάλυσιν a summo ducunt principium uidelicet a Corpulentia seu spissitudine quæ resolutur in superficies, hæ deinceps in lineas. In linearum autem resolutione nunq; ad punctum Geometricū deuenitur, quod per se nihil est, sed ipsius infiniti limes quidam. Ita numeris crescentibus in infinitū, magnitudines sine fine decrescunt.

C iiiij PH.

EVCLIDEORVM ELE.

PH: Peterem ut singulis numeris ad signares sua mysteria (ut unitas habet mysterium diuinitatis) sed præter quæ nquid hec res spectet ad primam Philosophiam & Theologiam illam Scholasticam, noui te nonnihil etiam deridere hoc genus curiositatis. Ideo oþ pergam legere secundam definitiōnem.

II. Αριθμός δ' τὸ ἐκ μονάδων συγκείμενον ωλέσθοε. OR: Numerum vocat ex unitatibus conflatam magnitudinem. Hinc liquent prius dicta, unitatem non esse numerum, sed eorumdem tenuissimum νοῆτον καθεστῶτα μέρος, Igītur primus omnium numerorum posset quodammodo dici binarius. Perge.

PH, II. Μέρος ἐστὶν ἀριθμός ἀριθμοῦ διλάσσοντος μείζονος ὅταν καταμετρήτερος μείζων μέρη δὲ διαρριψιν καταμετρή. OR. Pars est numerus numeri, minor maius

LIBER VII.

maioris, quando scilicet maiorem cōmetitur: Partes verò, quando non cōmetitur: Adnectamus et quartam definitionem quin sit tertia correlativa alteraque commode dilucidet alteram.

III PH. πολλαπλάσιος δὲ ὁ μείωμα τοῦ ἀλέπτοντος, ὅταν καταμετρεῖται ἐπὶ τοῦ ἀλέπτοντος. OR: Multiplicem numerum vocat maiorem respectu minoris, si absolute mensuratur à minore: PH.: Non video quid per uocem καταμετρήσεως intelligas. OR, Emetiri, καταμετρεῖται, Euclidē est numerum quemuis per alium præcise partiri, seu absolute mensurare, hoc est, ita dividere, ut nihil supersit. Ut Binarius emetitur senarium (idque ter) id est præcise diuidit, ne unitate quidem superante. At quaternarius senarium non emetitur, nam facta divisione superflueunt duo. PH. Nunc videor me

EVCLIDEORVM ELE.

adsequutum mentem authoris. In ter-
tia definitio he Partem uocat eiusmo-
di numerum quemcunq; qui ad alium
se maiorem collatus, pr̄cise ipsuni di-
uidat, id est, emetitur uel absolute
mensurēt. Ut ternarius respectu te-
narij est pars, & respectu nouenarij,
& respectu duodenarij. Nam hos om̄i-
nes mensurat absolute aut pr̄cile diui-
dit. At idem ternarius respectu qua-
ternarij, quinarij, et aliorum quos
non emetitur dicetur non pars, sed
parteis. Quarta definitio huic tertiae
est ἀντισεροφος: Nam si ἀνάπαλιρ aut vice
uersa maior rursus ad minorem con-
feretur pr̄cise mensuratus ab eodem,
dicetur respectu minoris multiplex.
Ita senarius respectu ternarij est ωλ-
λαπλάσιος et respectu eiusdem ternarij
etiam nouenarius et duodenarius mul-
tiplices dicuntur quia ab eodem pr̄cise
diuiduntur : O R. Recte
sentis. Verum periculum etiam facias
mus in grandioribus numeris: Cente-
narius

narius respectu millenarij pars est, nā ille præcise in hoc continetur, & àvē παλιρ millenarius respectu centenarij multiplex est. Ceterum ἐο respectu 1000 non pars dicitur, quum non præcise diuidat uel metiatur millenatum. Dicitur ergo ἐο respectu 1000 partes. De simi ib. idem esto iudicij PH. Definiat ne mox Euclides proportionē ut uocant πεμλόγονος numerorū. Nam huiusmodi χέσεις numerorum uocat rem proportionem. OR: Reipsa definiuit eam modo, et si nominatim hoc non sit factum. In magnitudinibus seu quantitate continua rotundius potuit definiri λόγος δύο μεγενῶν ομογενῶν καὶ ακλικότητα τριών ἄλλων τοια χέσεις, ut est in uestibulo quinti libri, quæ definitio necessario est ampla quō complectatur tam rationales quam irrationales magnitudines. Cæterum εἰ δικημένη ποσότητι seu numeris, τοῦ λόγου descriptio æqua breuitate expediri nequit. Nec tamen ali-

C S ud

EVCLIDEORVM ELE.

ud quippiam dixit author in 3 & 4
descriptione, quam Rationem seu τὸν
λόγον numerorū esse eiusmodi duo-
rum ad initiem habitudinem vel ἔχει
sit in qua consideratur vel quam
multiplex sit maior numer. minoris,
vel minor ipsius maioris quanta sit
aut pars, aut partes quant.e. PH:
Teneo. Quid, si maior numerus re-
spectu minoris non fuerit τολλαπλάσ-
σις, quod habebit nomen OR: uel
τέμπλος dicetur, uel τέμπλος, uel τολ-
λαπλάσιος τέμπλος, uel τολλαπλασιεπι-
μεγές, Sic omnis numerorum λόγος
propter quintuplicem uarietatem ter-
mini maioris ad minorem collati, in
unam harum quinqꝫ denominatio-
num incidet. Sed hæc, ne te onerem
non libet uberioris prosequi. Petas de
his in posterum Græcum Nicoma-
chi de Arithmetica scriptum. Nunc
pergas ad 5 definitionem, adiuncta
quoqꝫ sexta, nam sunt eiusdem argu-
menti. PH: V. Αγτίος ἀριθμός δῆμος
dixit

LIBER VII.

Διχα διαιρούμενος. V I. τερποσός δέ οὐδήδις
χα διαιρούμενος ἡδ μιάδη διαφέωράγτις
ἀριθμοῦ. O R: *Par numerus dicitur*
qui aequabiliter diuidi potest: Impar
verò qui non aequabiliter diuiditur,
aut qui unitate parem excedit. Hæc
est prima numerorum diuīsio κατὰ δι-
χοτομίαν, quā non opus est explicare,
quum & pueri norint par & impar, lus-
dere. Nunc sequitur subdiuīsio pari-
um numerorum, quorum duas pro-
ponet species, non treis. Legas igitur
utramq;. PH: VII: *Aptaxis*, *ἀπλιξ*,
ἀριθμός δῆιρ, ὁ ὑπὸ ἀρτίου ἀριθμοῦ μετρού-
μενος κατὰ ἀρτιορἀριθμόν VIII. *Aptaxis*
κις δὲ τερποσός δῆιρ, ὁ ὑπὸ ἀρτίου ἀριθμοῦ
μετρούμενος κατὰ τερποσόν ἀριθμόν.
O R: *Pariter par numerus est, qui*
mensuratur à pari numero secundum
denominationem parem: Pariter
impar uero est, qui mensuratur à pari
numero secundum denominationem
imparem. PH: *Miror, Orthiophros*
ni,

EVCLIDEORVM ELE.

ni, quia in uestibulo Arithmetices Euclideæ fiat saltem duarū specierum quæ sunt in numeris paribus, mentio, cum idem author fermè sub finem Noni libri tribus continuis propositiōnibus tres indicet esse parium numerorum species. Nec aliud sentiunt Nicomachus atq; eiusdem interpres Latinus Boetius, quanq; ipsa nomena clatura tertiae speciei non bene dissentiunt ab Euclide. OR: Commodo mones illa Philomates. Si numeros rum parium naturalem species καὶ τὴν ὄυσιάθη διάχεισιν tres omnino erunt retinendæ parium numerorum species seu classes, quarum appellatio nes quoquo modo uarientur, certe res ipsa nihil uariatur. *Prima species* est eorum qui κατὰ σύνθεσιν ἀπὸ δύος διπλασιῶντων uel qui κατὰ διάλυσιν continuam suscipiunt διχοτομίαν donec perueniatur ad basin unitatis ut 4.8.16.32.64.128.256. &c sic in infinitum. *Secunda classis* est eorum in quibus

bus post primam $\delta\chi\sigma\tau\mu\alpha\rho$ statim fit
statio, uel quorum medietas impar est:
Talis est primus senarius, & omnes
qui in progressione Arithmetica iux-
ta excessum quaternarij eum sequun-
tur, ut 6, 10, 14, 18, 22, &c. Tertia
reliquos omnes pares complectitur
numeros, quorum proprium est, plus
reis quidem quam unam suscipere
 $\delta\chi\sigma\tau\mu\alpha\rho$ ut tamen ad unitatem non
perueniatur. Talis est primus duode-
narius et reliqui hunc subsequentes in
progressione Arithmetica iuxta dif-
ferentiam Octonarij, ut 12, 20, 28, 36,
44, 52, &c.

Hæ sunt tres illæ parium nu-
merorum species si naturalem species
eorundem discretionem. Cæterum
possunt & alia quadam discerni uia
numeri pares, ratione diuersæ adpel-
lationis, quæ suboritur cum emetiu-
tur illos alij pares numeri. Estq; uia
isthæc duplex quam hic monstrat Eu-
clidæ

EVCLIDEORVM ELE.

clides 1. *Aut* enim par numerus præcise mensuratus per aliquem parem nancicitur denominationem parem, cuiusmodi sunt omnes quos primæ classi iuxta essentialē dīcretionē inclusimus; Ut si ipsum 32 emensus fuerit par quidam (ut sit in praesentia 4.) emerget in quotiente numerus par ut 8. Igitur ex definitio ne Euclidea propositus numerus 32 ratione factæ mensurationis, *dicitur pariter par.* 2. *Aut* numerus par præcise mensuratus per aliquem pa rem nancicitur in quotiente deno minationem imparum, quales sunt omnes quos secundæ classi dedimus. Ut sit 18 qui mensuretur per 6, redit ex divisione 3 impar, uel mensuretur idem 18 per aliud parem ut 2, redit itidem impar 9: Ex definitiōne igitur, 18 *dicitur pariter impar.* PH: Hæc posterior denominatio non tantum secundæ classis numeris pari⁹

LIBER VII.

paribus ut indicasti competit, sed, ut
mecum reproto, etiam singulis tertiae
speciei seu classis: Ut duodenarius
mensuratus per 4 acquirit in quoti-
ente imparem 3: sic 20 mensuratus
per 4 parem, accipit denominantem
imparem 5. & sic de singulis: OR:
Eiusdem tertiae classis paribus uni-
versis, si periculum feceris, compre-
ries & priorem conuenire denomina-
tionem quae pariter par est: PH:
Diversa igitur ratione tertiae classis
numeros uis dici ex sententia has-
rum duarum definitionum, aut pa-
riter parcs, aut pariter impares: OR
Pariter parcs quidem, si mensurati
per parem nanciscuntur parem deno-
minationem seu quotientem: Pa-
riter impares autem, si mensurati
per parem, denominationem sorti-
ti fuerint impares. Vtq; rem to-
tam brevibus aperiā, non iudices

Euclis

EVCLIDEORVM ELE.

Euclidē hīc propriē recensere natura
distinctas classēis seu species numero-
rum parium quæ reuera tres iunt,
sed ipsarum specierum duplēm
notare denominationem, in qua-
rum alteram necesse est cadere sin-
gulos pares, ut ad finem noni libri
cernitur. Subdas iam nonam defi-
nitionem. PH: IX. τετραγωνος οι τε
πισθισ; διπλον ποδον τετραγωνον αγριθμον μετρου-
μενον κακτον τετραγωνον αγριθμον. OR:
Numerus impariter impar dicitur,
qui ab impari mensuratur iuxta de-
nominationem imparem. PH:
Video authorem imparium numero-
rum primarium quoddam designare
genus, quod complectatur tales impa-
res qui per imparem numerū præcise
emensurati gignant in quo:iente nu-
merum imparem: Ut Nonuarium si
metiatur ternarius, fiet hoc ter: Ita si
quindinarium emensus fuerit quinari-
us, fiet hoc impariter & quidem ter:

sin

sin eundem quindenarium mensus fuerit ternarius, fiet id quinquies. Ex definitione igitur, 15 dicitur Imperfector impar: Ade eundem quoque modum de cæteris iudicetur qui à nouenario ɔrsi per excessum senarij Arithmeticè progrediuntur ut, 9. 15. 21. 27. 33. 39. 45. 51. 57. &c.

X. Πρῶτοι ἀριθμοὶ ἔστιν ὃι μονάδες μόνη μεγούμενοι. XI. πρῶτοι πρὸς ἀλλήλας ἀριθμοί ἔστιν ὃι μονάδες μόνη μεγούμεναι κοινῷ μετρῳ. OR: *Primus numerus vocatur is, qui sola mensuratur unitate: Primus vero ad inuicem dicuntur, qui solam unitatem communem admittunt mensuram.* PH: *Quam facis differentiam harum duarum definitionum?* OR: *Illa de numeris absolute consideratis loquitur, hæc de Relatiuè, quemadmodum in quarta & tertia definitione numerorum ἡρὶς*

EVCLIDEORVM ELE.

τετραγώνων relatorum mentionem fecimus
PH: Sequentium duarum definitio-
num eadem, ut adparet intuiti, co-
gnatio est. OR: Subnectas igitur &
has quum eadem opera possint cum
superioribus explicari. PH: XII.
Σώματας ἀριθμός οὗτος, οὐ ἀριθμῶ τινι με-
τρούμενος. XIII. Σώματοι δὲ τοῦτος ἀλλί-
ας ἀριθμοί εἰσιν, οἱ ἀριθμῶ τινι μετρού-
μενοι κοινῷ μέτρῳ. OR: Compositus nu-
merus dicitur quem mensurat nume-
rus quidam: Compositi verò adiuvi-
cē numeri dicuntur, qui mensurantur
numero quodam ut communi mensu-
ra. Vides & harum priorem de nu-
meris absolutis agere, alteram de Rea-
latiuis: et ut X definitio ipsi XII,
sic & XI ipsi XIII επαντικται. PH:
Explices igitur X, & XII. coniun-
ctim, ac deinceps XI. & XIII. OR:
Commodè mones. Notabis autem
prius hanc θεσιν Omnes numeros ve-
ros

LIBER VII.

ribus & naturaleis in Arithmetica
omnium eorum esse, commensurabileis, quae
babeant universalē quandam ac mi-
nimam mensuram, quae singulos me-
titur, unitatem. Quilibet igitur nu-
merus per se consideratus, si præter
generalem illam unitatis mensuram
nullum admiserit se metentem nume-
rum, is ex definitione Euclidea dices-
tur numerus Primus : Vt §. 7. II.
&c. Contra uero si numerus proposi-
tus possit uel uno, uel pluribus etiam
mensurari numeris, dicitur Euclidæ
non primus sed compositus : Vt 4.
non tantum unitate potest mensurari,
sed et binario numero. Duodenarium
similiter non tantum unitas metitur
generalis omnium mensura, sed 2. &
3. & 4. & 6. dicetur idcirco & non
compositus numerus, per se consi-
deratus. PH: Decima definitio de
numeris per se primis, competit ne
multis ; OR: Non multis. Nullis

Dij sequi-

EVCLIDEORVM ELE.

Siquidem paribus numeris, nisi soli binario qui primus dicitur ex definitio-
ne: Hic quum sit omnium parium
numerorum infinitus & tenuissimus,
nulliç competat speciei parium nu-
merorum, sit ut metiatur idem omnes
pares numeros (ex § definitione)
Non poterit ergo præter solum binar-
ium, ullius speciei par numerus inci-
dere in X. definitionem. PH: Soli
igitur Impares? OR: Necq; hi om-
nes, exceptis nimis illis qui Im-
pariter imparés uocantur, quorum
singuli (ex IX. definitione) per ali-
um imparem mensurantur. PH: Ex
his monstratis iam facile colligo Ora-
thophroni, duodecimam definitio-
nem de numeris per se compositis
(aduersantem decimæ) complecti
singulos numeros pares, atq; imparés
impariter: Restat XI & XIII. defi-
nitio explicanda, in quibus dixisti
consyderari non per se unum tantum
numerum, sed uel duos, uel quotlibet
plureis,

LIBER. VII.

plureis. Productis uelini oppositis ex
emplis rem ostendas: OR: Sint nume
ri 6 & 7: quorum et si senarius per est
compositus (quum metiatur eū binar
ius, itē ternarius) tamen quando nec
binarius nec ternarius mensurent etiā
septenarius cui confertur, dicuntur
igitur 6 & 7 inter se (uel ad inuicem)
primi (ex definitione XI) obtinentes
saltē communem sibi unitatis men
suram: Ceterum 6 & 8 (quū commun
em habeant binarij mensurā) dicen
tur ex definit. XII l. compositi inter
se. PH: Des diuersum non nihil exem
plum collatis inter se pluribus nume
ris. OR: Sint quinq; numeri 4. 6.
8. 10. 13. Ex his 4. 6. 8. 10. sunt qui
dem inter se compositi, admittentes
communem binarij mensuram: uer
rum cum eadem binarij mensura non
competat etiam 13, crunt hī quinq;
dati numeri 4. 6. 8. 10. 13. τεῦτοι τεῖος
ἀλλήλους: ex XI definitione. Quod si
loco 13. sumperis alium quempiam

D iij nuz

EUCCLIDEORVM ELE.

numerum quem metiri possit binaris
us, reliquorum præcedentium com-
munis mensura (sit uero in præsentia
14) dicentur 4. 6. 8. 10. 14.
σώδετοι τρόπες ἀλλήλους (ex definitio-
ne XIII) PH : Rationem adpellatio-
nis aueo cognoscere. OR : Cognos-
ses illam commodius ubi in proposi-
tionibus horum terminorum uis sele-
obtulerit, satis est iam scire qui numerus
uocetur primus, qui compositus,
quicq; adiūcīem prīmi dicantur, qui
uero compositi inter se. PH : Sequi-
tur definitio multiplicationis nume-
rorum quæ sic habet,

XIII. Αριθμὸς ἀριθμὸν πολλα-
τολαστιάζει πλέγμα, ὅταν ὁ συν ἕστι π
ἐπ. αὐτῷ μονάδες, ποσαντάκις σωτεῖται ὁ
πολλατολαστιάζομενος ηγετικός γένηται τις.
OR : Numerus numerum multipli-
care dicitur, quando quo in multi-
plicante sunt unitates, toties multipli-
candus

LIBER VI.

candus coaceruatur, produciturq; ali-
us inde. PH: Sit ς , quem statuam eſo-
ſe multiplicantem quaternarij nunc
multiplicandi, OR. Vbi igitur qua-
ternarium quinquies aggregauero
(nam tot ς multiplicans habet unita-
tes) dicetur, ex hac definitione, ς
multiplicauisse quaternarium, emer-
gentibus inde uiginti. Atq; ita de
reſiquis iudicato. P H. Posſes, ut
uideo, liberius $\text{J} \delta \rho$ $\omega \lambda \alpha \omega \lambda \alpha \sigma \alpha \sigma \mu \delta \rho$
dicere, quandocunq; propositorum
numerorum alteruter sumitur toties,
quot alter complectitur unitates. OR
Bene dicas. Anima duertendum & il-
lud tibi. Compositionem numerorū
eorundemq; diuisionem totum in A
rithmeticis uersare negocium: Aut eſo
nim colligo numeros aut eosdem ſco
grego. Pendet hinc omnis que in Lo-
gistica uel
gistica instituitur ratiocinatio gubernata certis proportionibus. Nec uero
te moueat quod alias quatuor recenze
antur à Logistis species operationum.

D iiij

Nam

EUClideorum ele.

Nam ubi colligis componisue numeros facis hoc uel naturali illa norma ad ditionis, uel quando res ita fert ad uitandum fastidium reiterationis, adhibes compendium τοῦ σωτερισμοῦ Multiplicationem, ut de indicatio ne definitionis Euclideæ percepisti. Itidem ubi diuelliis numeros, fit hoc uel per simplicem illam & φαίξεσιν subtractionem, uel per diuisionem quæ crebrius repetende subtractionis methodus est. Sed nonnihil exorbitamus : Pergas legere textum.

XV. PH: ὅταν δὲ σ' αὐτῷ ἀριθμοὶ πολλαπλασιάσαντες ἀλλήλας ποιῶσι τινα, οἱ γενόμενοι ἐπιτελέοις καλεῖται: πλευραὶ δὲ ἀυτοῦ οἱ πολλαπλασιάσαντες ἀριθμοὶ,
OR: Duo numeri se multiplicantes ubi creauerint aliquem, productus inde, planus dicitur: numeri vero se multiplicantes latera plani dicentur:
Ut multiplicet quinarius quaternarii-

um,

L I B E R . VII.

um, fit inde 20. qui planus dicitur;
Cæterum 5 & 4 latera 20. Eodem
modo multiplicet 3 senarium: fit inde
18. qui dicitur Planus (τετράπλευρος)
at 3 & 6 latera plani;

PH: XVI. ὅταν ἡ τριῶν ἀριθμοῖς πολλαπλασιάσαντες & λλήλους ποιῶσιν τινας, οἱ γενόμενοι σέγεος καλεῖται: πλευρὰ δὲ αὐτῷ διπολλαπλασιάσαντες & λλήλους ἀριθμοῖς. OR: Ut præcedens definitio monstrauit numeros planos in superficie, sic hæc subsequens indicat illos quos solidos dicimus numeros: Quando verò tres numeri se multiplicantes creauerint aliquem, factus inde solidus dicitur: Tres autem se multiplicantes numeri latera solidi dicentur. PH: Video ad solidum numeros requiri trium numerorum, ut laterum, multiplicationes quæ hunc producant. Sint enim tres qualescumque numeri 3. 5. 4. multiplicetq;

D 5 pri.

EVCLIDEORVM ELE.

primus; secundum s. efficiendo π
qui ex XV definit. planus dicitur;
Hic rursus multiplicetur per tertium
propositorum ut 4 emergunt 60,
quem ex hac definit: solidum dicimus
semper complectentē aliquem planū,
Laterāq; huius 60 solidi, sunt inter se
tres multiplicati numeri 3. 5. 4. OR:
Si in his proximis definitionibus
mentem authoris consecutus es, non
difficulter adsequeris proximē sequē-
tēis duas: Nam quod XV in genere
de numeris planis indicauit, id ad spe-
ciem detorquebitur in XVI: Rur-
sus quod XVII de numeris solidis
universaliter, idem notabit XVIII
specifice, ut legendo deprehēndes.

PH: XVII. τετράγωνος ἀριθμός δέκα
ἢ ἰσάκις ἵσος: ἢ δὲ οὐδὲ σύντοιστος ἀριθμός
περιεχόμενος. XVIII. κύβος δὲ ἢ ἰσάκις
ἵσος ἰσάκις: ἢ δὲ οὐδὲ τριών ἵστος ἀριθμός πε-
ριεχόμενος. OR: Numerum quadra-
tum

LIBER VII.

tum vocamus qui æqualiter æqualis,
id est, qui à duobus æqualibus numeris,
ut lateribus compræhenditur.
Vides quadratum numerum speciem
etiam quandam esse planorum numerorum. Nam ut planus numerus gene-
raliter est, qui fit ex ductu qualium
cunctorum duorum in se numerorum, ut
perhibuit X V definit: Ita specie-
tum quadratus numerus est eiusdem
planus, quem latera saltem æqua-
lia compræhendunt. Ut sint æqua-
lia latera 4 & 4, quæ multiplicen-
tur, fit inde 16 planus numerus &
quidem Quadratus seu quadratè
planus à forma Geometrici quadra-
ti. Quilibet ita numerus multi-
plicatus per sibi æqualem, hoc
est, scipsum, gignit quadratum
numerum: Quare sunt quadrati
numeri inuentu facilimi creberrimiq;
& infiniti.

PH.

EVCLIDEORVM ELE.

PH: Eadem est habitudo XVIII definitionis ad XVI agentis decubico numero ut specie quadam solidorum. *Dicitur vero cubus aut cubitus numerus Euclidæ, qui æqualiter æqualis æqualiter: hoc est, à tribus æqualibus numeris ut lateribus comprehensus: Sint enim tria æqualia latereæ 4. 4. 4: Quorum duo primum inter se multiplicentur (ut alias mos est in omnibus solidis) quò prodeat planus initio qui hæc est quadratus, idem quadratus in tertiu deinceps latus ducatur quò prodeat solidus & quidem cubicè solidus seu cubus 64.*

PH: *Ita quadratus numerus comprehenditur in cubo? OR? Ut antea dixi quemlibet solidum complecti Planum numerum: PH: Hæc res, ut video, Schematicen peperit, cuius in ἀριθμούσι mentionem faciebas, quæ applicat schemata Geometrica numeræ*

LIBER VII.

numeris OR: Recte sentis: Primaria uero Schematistices pars est non tantum τετραγωνικηὶ λευκηὶ aut cubicum latus in numeris inuestigare, cuius negotij in Elementis his Euclideis faciuntur fundamenta, sed & aliorum numerorum uaria repræsentantia sunt schemata tam latera quam capacitates sciscitari: PH: Nec heic uero definitur, nec, ut arbitror deinceps tractabuntur ab Euclide aliorū Schema tum numeri, ut Trigonales, Circulares, Sphærici, Pyramidales, cæteriq; eiusdem generis. OR: Primum idcirco isthac Euclidea percipere rudimenta sit tibi curæ: Illa uero uel ex Nicomacho uel alijs eiusdem uel antecessoribus uel sequacibus licebit petere. Legas iam definitionem 19.

XIX. PH: Αριθμοὶ ἀνάλογοι εἰσίν, ὅταν τριῶσις τὸν μὲν τέρτιον, καὶ δὲ τρία τοῦ τετάρτου ἴσανται καὶ πολλαπλασιασθεῖσαι τὸ ἀυτὸν μέρος καὶ τὰ δύοτε μέρη ὁσιμ.

Nunc

EVCLIDEORVM ELE.

Nunc audio numerorū ἀναλογία quid
sit, quū in tertia et quarta definitione
τόπος λόγος eorundem subindicarat :

OR: Quod igitur iudicas discrimen
esse inter λόγον (quem malit latine
dici rationem potius ac proportionem)
& ἀναλογίαν quam rectius dis-
xerint latini proportionē quam pro-
portionalitatem, uoce alias non inus-
tata Boetio? PH: λόγος dicitur cum
sit σύγκεισις duorum sicutem numero-
rum (quos δέξιοι dicunt) considerando
primum an sint æquales an inæ-
quales: Porro si inæquales, quantum
superet uel maior minorem, uel mi-
nor superetur a maiore hoc est quan-
ta sit majoris pars aut partes.

Vt si
contuleris Millennium 1000 cum
Centenario 100, Videbis deprehensa
statim inæqualitate, millenariorum cen-
tenarij multiplicem esse quum præcis-
e illum complectatur. Conuersim au-
tem centenarium millenarij partem
esse, quumq[ue] decima est, dicitur hic

λόγος

LIBER vii.

λόγος δικαστηρίος seu ratio decupla.
Cæterum si bius decupla rationis si,
militudinem in alijs quoq; numeris oſtendero , dicetur hæc exemplorum similitudo rationumq; earundem collatio , ἀναλογία , Latinis proportionis seu ut uulgo dicunt proportionalitas : Ut quæ est ratio 1000 ad 100 eadem est 20 ad 2, et 70 ad 7, et 90 ad 9. OR: Hęc uides consentire cum definițione nostra: Numeri proportionales sunt, quando primus ad secundum, & tertius ad quartum (Porro quintus ad sextum, & septimus ad octauum &c) equaliter aut multiplex, aut eadem pars, aut eadem partes esse deprehendentur. Nam prius 1000 ad secundum 100 ita decuplicet est, ut tertius 20 ad quartum 2, & quiq; 70 ad sextum 7, & septimus 90 ad octauum 9. PH: Rem ipsam probè sum adsequutus, sed iuste me uelim pluribus adductis ῥᾳδίγμασι

EVCLIDEORVM ELE.

γαδτίγμασι: O R: Attendas igitur:
Quaternarius ad senarium non pars
est, sed partes dicitur ex tertia defini-
tione, Cum autem compræhendatur
minor (4) in maiore (6) semel cum
mediata sua id est binario, dicitur
hæc χεῖσιν ratione fieri hemiolia, uel
(ut latine loquar) sesquialtera. Hanc
rationem ubi similibus induxero ex-
emplis, fiet ἀναλογία. Ut sicut 4 ad 6
ita 6 ad 9 & 8 ad 12. Dicas igitur ex
nostra definitione, hos sex numeros
esse proportionales. Aliud, respectu
4 pars est, & 4 respectu unitatis mul-
tiplex, cumq; quater eam complectas-
tur, dicitur hic λόγος τεχναπλάσιος ras-
tio quadrupla, feceris autem propor-
tionalitatem si dixeris ἀναλογικῶς, Ut
1. ad 4, ita 6 ad 24, & 3 ad 12, & ad 4
ad 16. Breuitatis gratia superfedeo
pluribus exemplis quæ poteris ad plaz-
citum cuti uaria tum infinita tibi fin-
gere, PH. Quid, si dixeris, ut 6 ad
duodenarium ita hic ad 24, hanc cens-
sebis

LIBER. VII

seb̄is rationū similitudinem posse dīci proportionalitatem? quod m̄bi uideretur fieri pr̄ter mentem nostræ definitionis, quæ postulat in numeris proportionalibus quatuor ad minimum terminos, quum hēc sākēm tres sint.

O R: Ut omnis ratio inter duos ad minimum consistit terminos, sic omnis ἀναλογία quæ rationis ad rationem collatio est, ad minimum inter quatuor consistit terminos, id ē si non semper actu, tamen potentia. Nam in continua proportionalitate (quæ tres ad minimum requirit terminos) medius tametsi unus tantum est, tamen uicem duorum sustinet, bīq; respectatur, ut sit idem prioris rationis ἔργος τῶν πρώτων & subsequentis ἔργος ἡγούμενος id est, terminus antecedens & consequens: Ut se habet Quaternarius ad senariū ita hic ad nouenarium, 4, 6, 9: συν. χ. hæc est, ἀναλογία constans rationis sesquialteræ collatione, ubi me-

B dius

EVCLIDEORVM ELE.

dius terminus (qui dicitur, τὸ μέτρον
ἀνάλογον) communis limes est utri-
usq[ue] rationis, nam συνεχῶς terminat
priorēm, & excipit posteriorem ratio-
nem; Nihilo minus bis ut sumatur ne-
cessē est, haud aliter ac si scriberetur
ut 4 ad 6 ita 6 ad 9: Quot partium
est primus ad secundum collatus, tot
partium est tertius ad quartum, ut
mult definitio, quam uides in conti-
nua proportionalitate idem tueri sus-
sum, quod tibi citra dubitationem
haberet in hac θεωρίᾳ, Diliuncta, ut
8 ad 12, ita 14 ad 21. PH: Habet non
nihilcum his adfinitatis sequens defi-
nitio, quam legam:

XX. Όμοιοι ἴσωνεδοι καὶ σίγεοι
ἀριθμοί εἰσι πάντα ἀνάλογοι ἔχοντες τὰς πλευ-
ρὰς. O R: Hoc non poteris
non intelligere, si definitiones
planorum & solidorum numerorum
iam enarratae accomodaueris defi-
nitio: *Simileis planos numeros*
vocat

LIBER VII.

Vocat, simileis item solidos, qui proportionalia habent latera: De planis prius dabo exempla: Sumamus planum numerum 6 cuius sunt latera 2 & 3, nam ex horum multiplicatione seu ductu alterius in alterum prodit: Sit item aliis planus 24, cuius latera sint 4 & 6: Quandoquidem iam inter latera prioris plani est sesquialtera ratio, atque eadem inter latera posterioris plani (ut enim 2 ad 3, sic 4 ad 6 se habent) dicentur propositi duo plani 6 & 24, ex sententia praesentis definitionis, similes. Aliud: Sit planus 8 cuius latera 2 & 4: Et aliis planus 18, cuius latera 3 & 6: Alius item, 50, cuius latera 5 & 10: Quia igitur latera prioris plani consistunt επι μεταλλαξιον λόγῳ, lateraque reliquorum duorum planorum huic rationi respondeant καὶ ἀναλογίᾳ, dicas de sententia definitionis, tres numeros propositos planos, ut 8, 18, 50, sibi simileis esse:

Eij PH:

EVLIDEORVM ELE.

PH: Subiectas etiam de solidis numeris tot exempla ut nihil relinquatur non pueriliter explicitum. **OR:** Accipias solidum numerum 30, cuius sint tria latera 3, 5, 2, quæ (ut uis disti in 16 definitione) creent eundem: Accipias & alium ut 240, cuius sint latera 6, 10, 4: Cum autem prima duo latera in primo ordine sint in ratione superbi:partiente tertias, secundisq; ordinis prima duo latera τριών τοις σε habeant: Posteriora item duo Latera utrobiq; se respiciat επάνω λογία rationis διωλαστεφημολίου, duplæ sesquialteræ, dices ex definitione propositos solidos 30 & 240 sibi similes adpellari. Nec diuersa est consideratio si uel plureis quam duos solidos analogica similitudine contuleris: ut si prædictis duobus solidis addideris tertium solidum 810, cuius sint latera 9, 15, 6, uocentur tres dati solidi similes, quum & in tertio solido prima duo latera sint in ratione super partes

LIBER VII.

partiente duas tertias; posteriora uero
duo in dupla sesquialtera, ut haud op-
perosa collatione deprehenditur: Hęc
de penultima Definitio; sufficient.

Restat adhuc definitio nu-
merorum perfectorum, de quibus ni-
bil attrinet in praesentia τυπικῶς aut e-
tiam moraliter uelle declamitare. PH.
Pulcrum tamen in numeris est uide-
re Ideam quandam perfectionis illius
quam possedit Adam ante lapsum &
etiamnum species angelica. Nec du-
bito pulcerissimas elici posse Allegori-
as Ἡ τέλεσθαι τῷ στέρχοτο hoc est,
ingeniosè consyderaret horum nu-
merorum generationem atq; perues-
tigationem sapientiæ plenam, quod
uehementer optarem Orthophronis
um amico præstare. OR: Illa res spe-
ctat ad τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ, seu primam
Philosophiam quæ penes scholaisticos
est Theologos. Nec ego verò soleo
confundere doctrinarum tractatio-

Eij nes

EVCLIDEORVM ELE.

nes, multò minus miscere prophana
sacris. PH: Aueo tamen solam per-
uestigationem numerorum huius ge-
neris in præsentia cognoscere. OR:
Est & hæc à terminorum definitioni-
bus aliena: Cognosces autem aliquan-
do illam (si & ocium mihi fuerit hæc
persequi & Deus conatum iuuerit)
in calce noni libri Elementor: Eucli-
dx: Ibi datur eorundem miram uide-
re numerorum raritatem, haud aliter
ut in rebus materialibus seu Physicis
Dictum Simonidis Ἑργάτων quadratæ, in quibus & qua-
bimc explicituor anguli recti sint & latera quatuor
tandem. æqualia. PH. At numeri quadrati, ut
de superiore memini indicatione, non
sunt rari. OR: Nec uero superficies
quadratæ Geometrica consideratio-
ne raræ sunt, quum ad singulas lineas
ratione Mathematica quadrata collo-
centur: Cæterum res materiales &
palpabiliter sensibus obuias in forma
quaæ

L I B E R V I I .

quadrata reperi non s̄epe contingit;
idq; per similitudinem solis in Arith-
metica competit numeris perfectis,
quos oportebit tandem definire, ne
ueluti cæco multa garriam de ignotis
ipſi coloribus, PH: Ita sonat ultima
dēfinitio.

XXI Τέλειος ἀριθμός ὅμηρος, οὐ τοῖς
ἴσαντος μέτροις ἴστοις ὁμοίως: Καὶ μὲν γὰρ οὐδὲν
μέγους definitionem tertio recitatam
nihil relinquitur mihi dubitabile:
Perfectum numerum dicimus qui
suis partibus aequalis est, Id est,
cuius omnes quotquot admittit par-
tes in summam coaceruatæ reddunt
ipsum numerum propositum. OR.
Mihi iam noti sunt certi, quibus
id competit, numeri, ideoq; li-
berabo te molestia querendi :

Eūij Sena-

EVCLIDEORVM ELE.

Senarius primus est perfectos,
rum: Cuius prima mensura seu pars
est unitas communis omnium numer
orum mensura: deinde mensurat se
narium binarius: tandem ternarius:
nec plureis mensuras, seu parteis se
narij repetire licebit: Hæ igitur si co
aceruentur, redeunt 6

1
2
3
—
6

Secundus perfectorum est 28:
Quæ primo mensurat unitas, deinde 2
deinde 4, & 7, et 14:
quæ partes seu men
suræ conflatæ, dant 1
ipsum 28. De reli
quis perfectis idem 14
estō iudicium.

28

PH: Coniunctione numerorum non
perfectorum parteis seu mensuras des
clinare à perfectione aut καθ' ὑπερβολὴν
aut

LIBER VII.

aut ἔλλειψις. OR : Recte iudicas : Quorundam enim partes coaceruatæ superant numerum datum, quos Nicomachus uocat ὑπερβλητικούς superfluos uel abundanteis : quorundam uero mensuræ collectæ non expletent ipsos, dicuntur ἄναπτικοι deficienteis aut diminuti, ut Duodenarij partes sunt 1, 2, 3, 4, 6 : quæ collectæ plus reddunt duodenario, qui ob id Abundans appellatur : Contra Octonarius deficiens est, cum eiusdem partes sint 1, & 2, & 4 : quæ > reddunt non 8. PH : Tradidit hactenus Euclides terminorum, credo principium, definitioines : nam sine dubio plures in ipsis propositionibus occurrent, quos.

Si opus fuerit, tuum erit suo

loco describere OR :

Fiet.

Ex PROS

EVCLIDEORVM ELE
PROPOSITI
TIONES.

PH: PETO QVO STES
factis à te promissis ne me oneres de-
monstrationum operositate, sed nu-
das propositiones cum Græcum la-
tine καὶ τὸ δῆμον explices. Nam ipse
meo deinceps Marte demonstratio-
nes singularum adsequi citra difficul-
tatem potero ubi rem ipsam exemplo
rum commoditate illustratam pri-
mum nouerim.

Sunt ne propositiones Arithme-
ticæ unius generis & OR: Non sunt:
Notes uero hanc communissimam
distinctionem, ἀριθμητικὴς alias dicitur
ωρίματα alias ἀριθμητα: PH: Quām
pueriliter uellim hæc duo mihi desig-
nes ac discernas genera: OR: The-
orematum scopus est ἡ γνῶσις sola co-
gnitio. In horum enim scitu mens no-
stra acquiescit: ut si dixero: Quota
cunctis paribus numeris in summam
colleg

LIBER VII.

collectis, congestus etiam par est :
Hoc ubi uerum esse compereo,
statim acquiesco. Cæterum.

Problemata fieri quid expetunt : ut si
datis tribus numeris iubear quartum
ipsis ἀνάλογον subiçere : Quod nisi
præstitero, satis factū non erit proble-
mati quantumuis norim numerorum

proportiones. Itaq; non difficile est
primo statim intuitu agnoscere uel

Theorema uel Problema : quanq; &
ubi demonstrantur, notabiliter in fine

audis problemà ne demonstraueris an blemata

Theorema: Est enim ὅπερ ἔδει ποιῆσαι sunt reli-
(id est, quod facere oportuit) problemata que 35,

matum semper, ὅπερ ἔδει δεῖξαι (quod oportebat demonstrasse) Theorema:
tum χαρακτηρικὸν: PH. Vtrum, quæso,

præferas alteri ? OR: Euclidæ

Græcus commentator de sententia
Carpi Mechanici refert, Problemata

cum simplicitate ac perspicu-
itate sua, tum uia inuentionis ac or-
dine merito anteuertere Theorematum

Nam

Septimus
Liber con-
tinet 41.
propositio
nes: Qua-
rum 6. pro

t. 4.

EVCLIDEORVM ELE.

Nam horum συμπόνια ταquem locum
haberent, ni prius eorundem τὰς ὑπο-
κείμενα beneficio problematum fulci-
rentur; quod an uerum perinde sit
in Arithmeticis nunc non disputo;
Tandem uero statuitur ibidem quod
dignitate seu præstantia θεωρήματα
τριγώνων τῶν τριγωνικῶν. Sed hæc
uelut in transcursu saltem attigisse suf-
ficiat. PH: Legam uis igitur primam
propositionem, nam haric speculatiuā
esse prima facie deprehendo; OR:
Audias prius alterum quod de pro-
positionibus te monete decreueram;
PH. Quid hoc est;

OR: Resoluitur ferme omnis
propositio seu Geometrica seu Arith-
metica in duas Integraleis parteis,
quarum prior θεόμενος dicitur Ma-
thematicis (Dialecticis fortassis ὑπο-
κείμενος) altera uero γνωσθενος: posse
populariter & κατηγορέμενος adpellare:
PH. Ferme omnibus τριγωνο-
has

LIBER VII.

has duas inesse dicis parteis? Sunt igitur fortassis quedam in quibus non liceat repetiri utrancq; OR: Sunt quām plurima problemata, in quibus datum seu θέσις desyderes: Quæsitioni Verò seu τὸ ζεκτήμα nusquam potest exulare, nam efficit ut propositio dicatur propositio PH: Habebimus nemox huius generis aliquot problemata? OR: Nec in hoc septimo, nec res liquis duobus occurrent libris, quām tamen sint creberrima Arithmeticis: Euolua aliquando decimum librum, ubi non solum nec anxiè inuestigata se se tibi offerent. PH: Theorematibus autem censes nec datam nec quæsitam partem deesse? OR: Censo. PH: Ad quid uero conducit in quauis propositione has duas discerneret? OR: Ut scias, quid sit hoc quod pro confesso adsumitur, ut extra controuersiam positum, quid uero illud de quo laboras ut dubitatio-

E V C L I D E O R V M E L E
nis obiecto. Evidem, cum ad des-
monstrationem cuiuscip̄ προτίθεσθαι
acceditur, circa διδόμενην ἡγέτην,
nihil prorsus labore, sed dato assum-
pto, pedetentim inde atq; ordinato-
tē serpo quō tandem ueritatem τοῦ
χαρακτήρα uenari liceat. PH: Præ-
stat utriuscip̄ partis periculum
facere in exemplis: Itaq;
legam textum.

P R I M A P R O-
positio.

Ἐάρ μένος ἀριθμῶν ἀνίσων ἐκκείμενων,
& νησιφαγγεύσας διεὶ τοῦ ἐλάσσονθεύτη ἀπὸ
τοῦ μείζονθεύτη δὲ λειτόμενθεύτη μ.δίποτε
καταμεῖψε τὸν περὶ ἑαυτοῦ ἔως δῆλον φθῆ-
μόνας: οἱ δὲ αρχήσις ἀριθμοὶ πρῶτοι πρόσε-
κλιμένας στονται.

O R: Hic nihil iuberis facere
Philomates: Non est igitur Proble-
ma sed Theorema; Cuius sensus:
Si

LIBER VII.

Si duobus numeris inæqualibus propositis per vicissitudinem detrahabatur minor à maiore semper, nec interim minor aliquis relictus maiorem sibi proximum metiatur donec tandem peruentum fuerit ad unitatem: duos initio propositos numeros inter se primos esse. PH:
Video insignem huius Theorematis utilitatem in usitata practica, posse de numeris quantumvis amplis iudicare
(ex indicatione huius propositionis)
sintne inter se primi uel composti:
Loetor unā quod terminos præsentes nihil iam opus habeam discere: Si quidem declarati sunt definitione 11 & 13. Nunc id solum requiro à te Orchophroni, ut apposite excogitatis $\omega\alpha\beta\delta\epsilon\gamma\mu\alpha\sigma\tau$ rem elucides & in hac & sequentibus propositionibus, quo saltem $\tau\delta\sigma\tau$, nudum percipere primum liceat. OR: Præmittam tamen sensus per

EVCLIDEORVM ELE.

per limitationem duarum partium cuiusq; propositionis, nam id omnino præterire non è re tua est : Cæterum quæ solent alias subijci non incommodo de casuum & membrorum discre-tione, illa Iubens compendij gratia negligo.

Est autem huius Theorematis das-tum, τὸ διεδάμενον, sicutum in duobus numeris inæqualibus, in quibus altera nata seruatur subtractio, donec fiat propter unitatem statio: Hæc prior pars, ut uides, porrigit se uelut unum κῶλερ ad duo punctula quæ post hac semper constituemus limites τοῦ διεδάμενος: Quæ situm uero, τὸ Κατεύμενον, uult, duos prius datos numeros non admittere generalcm quandam mensuram siue numerum quo præcisè diuidantur: Hoc enim καθ' ὑπόθεσιν an-tea diffinitione proditati est numeros inter se primos esse. PH: Rhombum propositionis habeo: Nunc ex-

em,

LIBER VII.

emplis mecum agas. **O R :** Sus-
mantur uel dentur duo numeri in-
æquales 8 & 19. Minore autem
(8) subtracto, quoties id licuerit, à
maiore (19) facto nimirum periculo
mensurationis ut uult Euckides,
comperies octonarium non emetiri
19. nam post quām 8 bis inclusus
est, relinquitur 3. Hoc residuum rur-
sus subducatur (per periculum mens-
surationis) à PROXIME se maiore
(8) itidemq; comperies ternarium
non emetiri proximè se maiore octo-
narium, sed ubi ab hoc bis compræ-
hensus est ille restat 2. Hic rursus, ut
ultimo residuum, à PROXIME
se maiore (3) subducatur, facto pe-
ticulo mensurationis, quæ cum hec
non habeat locum, relinquitur unitas.
P H: His ita se habentibus iuxta The-
orematis δεδόμενος adhibeo γιτον μενον
eiusdem pronuncioq; datos nume-
meros 8 & 19 inter se primos esse hoc
est, ut explicat definitio, nullam ad-

EVCLIDEORVM ELE.

mittere communem mensuram p̄ræ
ter solam unitatem, PRIMAM &
communem omnium numerorum
mensuram. Sed concilius, uelim, simi-
lia proponas exempla.

OR Dentur numeri 12 & 25,
subtrahitq; 12 à 25 per mensuratio-
nem, id est, diuisionem ut vocant, sta-
tim relinquitur unitas. Sunt ergo 12
et 25 inter se primi. Proferam de gran-
dioribus numeris simile: Sint duo in-
æquales numeri, 6345, & 427. Sub-
ductioq; per mensurationis laborem
minore à maiore restant 367: Hoc re-
siduo rursus subtrahit (per mensura-
tionem) à proximo maiore nimirum
427, relinquuntur 60. His eodem
modo rursus subductis à 367 proxi-
mo maiore, supersunt 7: His à 60, su-
persunt 4: His à septem, supersunt 3.
His à quatuor subductis, supereft
tandem unitas: In hac quum fiat sta-
tio,

LIBER VII.

tio, pronuncio ex sententia Theore^{matis}, propositos numeros, 6345,
& 427 inter se primos esse. PH;
Retulisti tria exempla quibus ero
contentus.

ADDITIONE

tum.

OR: Quòd sibiuerit exēcerē
Dialecticen, habes (& heic & in om-
nibus propositionibus fermè) ubi fa-
cies id non sine fructu. PH: Forte &
πειθεῖσε rationem uis, quate super
cessum tuū tamen promisiſtī? OR: Non
eam intelligo : Oppositiones autem
propositionum earumdēmūe con-
uersiones censes nihil habere mo-
menti ? PH: Mones me de rebus
utilissimis : Video siquidem lectā
prima propositione, nemini non
cordato occurrere καταφατικὴ seu
Aduerſatiuam eiusdem : Hac est ,
F ij Si

EVCLIDEORVM ELE.

Antithe
sis primi
Theore
matis.

Si datis duobus numeris inæqualibus perq; uicissitudinem minore semper à maiore subtracto tandem minor aliq; quis se proximè maiorem mensus fuerit, ut non possit ad unitatem perueniri: datos numeros neutiq; inter se primos esse sed compositos, hoc est, (per definitionem tredecimam) inen- surari numero quodam ut communi mensura. **OR:** Vides per $\kappa\alpha\tau\acute{e}\varphi\alpha\sigma\iota\mu$ illustrati Theorema: Nam bac ad his bīta plenè cognoscis, qui numeri sint inter se primi, qui contrà inter se compositi. Sed pateat etiam Antithesis exemplis. **P.H.** Ipse gignam: Nu- meri dentur inæquales 14 et 32: Sub- ducaturq; (compendiose per diuisio- nem seu mensurationis laborem) 14 à 32 restant 4: His à 14 restant duo, quibus à quatuor per mensuratio- nem detractis nihil restat. **OR:** Vides in subtractione peruentum esse ad aliquem minorem qui sibi proximum maiorem mensus est, nec pertingi ad uniu-

LIBER VII.

unitatis limitem; PH: Proinde loquitur Antithesis datos numeros 14 & 52 non esse inter se primos; Compositos ergo. Aliud gignam: Sint oblati numeri inæquales 12 46, & 198. Hoc subtracto per mensurationis periculū ab illo, supersunt 58, quo rursus à 198, restant 24: His à 58, relinquuntur 10, quibus à 24 mensuratiuè subductis, relinquuntur 4, his à 10 restat 2, his à quatuor supereft nihil, metitur siquidem binarius quaternarium: non sunt igitur 12 46, & 198 inter se primi: et relinquitur quod compositi. Scire uero de sydereo Orthophroni, cum sint agniti compositi, quæ sit utriuscum communis mensura? OR: Ne, uelim, de hoc in præsentia labores, nam agitabitur hæc quæstio sequenti propositione. PH: Cæterum de conuersione Theorematis quæ habes dicere? OR: Puerilia quidem sed tamen perspicula & consideratione non indigna: Talis est conuersa Theorematis:

F iij

Si

EVCLIDEORVM ELE.

Si offerantur duo numeri inter se pri-
mi: necesse est ut alternatim subdu-
cto minore de maiore nunquia minor
aliquis proximè se maiore metiatur,
sed deueniri ad unitatem. Aduerfa-
tiuæ uero talis est avlisgopoe & ipsa
καταφατική ad priorem conuersam:
Si fuerint duo numeri non inter se
primi: Oportebit si per uicissitudinem
minor deducatur sempdr à maiore,
tandem fieri ut minor aliquis sibi pro-
ximè maiorem metiatur, nec inquam
pertingatur ad basin unitatis. PH:
Meum erit idem moliri proprio Mar-
ce in singulis subsequuturis: Sat est
te semel in una propositione iuxto
pias & ωγοτάσιων monstrasse nos
mam. Nunc tempus est ut
transeamus ad Secun-
dam,

Secunda

LIBER VII.

SECUNDÆ PROPO.
fitio.

Δύο ἀριθμῶν διαδέντων μή τεφύτων
πρός αλλήλας: τὸ μέγιστον αὐτῶν κοινόν μέ-
γον εὑρεῖν. O R: Agnoscis πρότασιν
προβλημάτικών. Duobus numeris datis
non primis inter se: maximam ipsis
rum communem mensuram oportet
reperiri: Cuius data & quæ sita diliz-
genter initio perpendas: PH: δεδο-
μενον εστὶ ιδίκον, nam εἰδείς datur in du-
obus numeris species quedam nume-
rorum qui dicuntur compositi, hoc
est, non inter se primi: Κτούμενον γε
minimum est, quæritur enim προβλημά-
τικῶς datorum duorum numerorum
non tantum communis sed eadem &
maxima quanta possit admitti mensu-
ra, O R: Placet mihi diligentia tua,
επι ψηφοποιεῖν: Sed examinemus
quæ sita in simplicissimis numeris:
Quare, si 18 & 30 offerantur de in-

Filiij dicas

EVCLIDEORVM ELE.

dicatione primi Theorematis agniti,
non inter se primi, quam pronuncia-
ueris eorundem esse tum commu-
nem tum maximam mensuram; PH:
Expeditionem problematis nostri
quum nondum tractaris immerito ca-
dam in reprehensionem ubi minus
fuero εύσοχος: Itaq; dicam: Binarium
quancū communem tamen non maxi-
mam censeo utriusq; numeri mensu-
ram esse. OR: Quomodo commu-
nem; PH: Nam emetitur ipsum is-
nouies, & 30 quindecies. OR: Quur
autem non maximam; PH: Habeo
aliquanto maiorem ipso mensuram
communem. OR: dicas PH: Tern-
arium; hic 18 metitur sexies & 30
decies. Ita potest uel unus, uel duo-
rum, uel trium, uel plurium etiam
numerorum aliquis numerus esse
communis mensur, idem uero non
maximus. OR: Ternarium ergo da-
torum 18 & 30 communem maxi-
mamq; uis esse mensuram; PH: Dis-
cam

LIBER VII.

cam mox: OR: Tandem igitur dic.
PH: Non ueniebat in mentem sena-
rij, quem mecum reputans uideo si-
milius utrumq; mensurare, i8 qui-
dem ter, 30 uero quinquies. Non
ergo ternarium sed senarium uolo
propositorum maximam dici numer-
orum mensuram: Nisi forte adhuc
aliquis maior ipso possit per te depræ-
hendi: OR: Non potest: Quò uero
te liberem fluctuatione, possisq; in qui-
buslibet casibus satisfacere problema-
ti citra ullam hæsitationem, referam
ex Græco codice designatau uenatio-
nis uiam & limitatam certis probati-
onum septis. Quam in hunc modum
libuit describere, Δύο ἀριθμῶν διθέν-
τωρ μὴ τριῶν τεχνὸς ἀλλίλας, μέγιστον
κοινόν μέγερον εὐρίσκεται ὅταν ἀνθυφαιρός
μένου ἀεὶ τοῦ ἐλάσσονος ἀπὸ τοῦ μείζονος
λιθοῦ Τις ἀριθμός δὲ μεῖζει τὸν τριῶν
Duorum numerorum non primo-
rum inter se, maxima utriq; commu-
nis mensura inuenitur, quando per

F S uis

EVCLIDEORVM ELE.

vicissitudinem subducto semper mis-
nore de maiore, numerus acquisitus
fuerit qui metitur se proxime anteces-
dentem. PH: Tu plus ut video, Or-
thophroni, quam satis est & audaciter
φέρεις. Non uereris ex Euclideis pro-
blematibus fermè Theorematata facere;
quod mihi quidem uehementer arri-
det, cæterum uel familiam Euclidea-
m uel admiratores eiusdem non be-
ne sanos metuo, ne qua possint contra-
te iniuriarum, quod aiunt, actionem
instituere. OR: Quid si coelum ruet?
Non sum usq; adeo in Euclideis mo-
destus ut κατ' ἐφαρμογήν uerbum uer-
boreddam. Sed indulgeo nonnihil
ubi res fert meæ γλωσσαλγίας δικδιασκα-
λικά. Hæc quanq; nonnullis moueret
risum non tamen video quur feram
id inhumaniter, quin sua cuiq; ingenij
relinquam miracula præpotentemq;
sapienciam. PH. Nos præter expe-
ctationem ab Asino delapsi sumus, re-
vertamur quofo in viam. OR. Re-
citas

LIBER VII.

Citatam problematis solutionem ex-
plico exemplis, Sint duo numeri 33
& 39 qui ex propositione aestimenz-
tur inter se compositi : horum itaq;
communem & maximam mensuram
ita uenabor, si minore 33 a 39 maiore
subducto, residuum, ut 6 rursus sub-
duxero a 33 (per mensurationis peris-
culum) ac reliquum ternarium tan-
dem a lenario. Hunc cum metiatur
ternarius, dicitur ternarius esse nu-
merorum propositorum (33 & 39)
maxima utriq; communis mensura.
Aliud: Datis duobus numeris non
primis 166 & 102, factaq; alternata
per compendium divisionis subtracta-
tione, tandem acquiretur 2 qui per
mensurationem subductus a se proxime
maiore 12 nihil relinquit : Biha-
rius igitur datorum numerorum 166
& 102 est communis & maxima men-
sa.

Aliud: Sint dati 12008 & 632
quos quidem ego prouincio compos-
itos

EVCLIDEORVM ELE.

sitos inter se (ex sententia prīmi Theorematis) tu quam censes utriusq; communem & maximam esse mensuram? PH: Facta per diuisionem subductione minoris à maiore, statim prima coitione absorbetur minor à maiore: Ille igitur quando mensuret hūc dicetur et sui et majoris maxima mensura. Sed exemplorum satis. Ego quantum depræhendo, ullam eandemq; iudicō esse operam, uidere de numeris propositis, sintne inter se pri-
mi nec ne, & uenari eorundem com-
munem maximamq; mensuram. OR:

Discrimen
prime &
secunde
propositio
nis. Est certe unus labor Logistæ. Cæterum differt Theorema illud primum ab hoc præsentí problemate primo, quod huius intentio sit designare respon-
sū. Eludatuk̄s & quasi dígito monstrare quis sit ille numerus, qui ut maximus mensur metiatur numeros propositos & q̄is ac generatim agnitos inter se non prīmos ex præmisso Theoremaq; te, PH: Tertiam tandem tractemus proposi-

LIBER VII.

propositionem: Sed quid sibi uult il-
lud, quod ad calcem problematis in
marginē video notatum $\pi\sigma\gamma\sigma\mu\alpha\epsilon$?
OR. Vulgus corollarium uocat, ego
latinius dicerem acquisitum, lucellū:
Demonstratores ita uocant Theore-
matum omne quod se nobis obtulit
preter expectationem, aliud nimirum
agentibus demonstrantibus: $\pi\sigma\gamma\sigma\mu\alpha\epsilon$
 $\tau\eta\kappa\epsilon\phi\nu\sigma\delta\pi\alpha\theta\pi\alpha\epsilon\pi\alpha\pi\alpha\epsilon$ Τὰς ἐπισημαντικὰς ἀποδείξεως
(libet enim uti uerbis commentatoris
Græci) nam ex demonstratione pro-
pter aliud suscepta fidem sui unā con-
sequitur nec minus quam aliud quam
uis amplum $\pi\sigma\gamma\sigma\mu\alpha$ futuro negocio
conficiendo conducit. PH: Non de-
syderabo nunc uidere qua ratione
præsens $\pi\sigma\gamma\sigma\mu\alpha\tau\eta\pi\alpha\theta\pi\alpha\epsilon$ resultet ex agita-
ta problematis demonstratione, nu-
dum sat est conueri iam: ita habet:
Εκ δὲ τούτωρ φανερόπερ οὖτις εἰπεὶ πρᾶγμασθεντὸς Αcquisitu-
μένους περιήγησις: Υπερβολὴ μέγιστη καὶ τῶρ κοτὲ secundæ
τὸν μέγενον μέγιστον. OR: Hoc est, Ex propositione
demonstratione liquet, quod si nū-
nis.

me

EVCLIDE ORVM ELE.

merus aliquis duos metiatur numeros
metietur idem & eorumdem maximam
communemq; mensuram. Ut,
sint ex 1 Propositione aestimati numeri
si non inter se primi § 46, & 732,
nominq; ex 2 propositione, certò com
munem & maximam eorundem mens
suram esse 6 nec alium quemuis maio
rem, dicit igitur ὁ γεωμετρα, si aliis præ
ter senarium numerus possit datos.
metiri (sit in præsentia 2) quod meti
atur idem & etiam senarium maximam
mensuram. Legat textum se
quentem. PH.

TERTIA PRO- positio.

Τριῶν διφθυγάνθοντον αἱ τρύπαι
τριῶν κλίκες: Τὸ μέγιστον ἀντῶν κονάρ
μέχον ἐντείνειν: OR: Simile est proble
ma præcedenti: Nam quod illius est
χιτούμενον de dato duorum numeros
cum, idem & heic est de trium.
Opor-

LIBER. VII.

Oportere nimirum reperiri in tribus numeris datis non primis ad inicem, maximam illos metientem mensurā.

PH: Optarem etiam huic problemati præmissum esse Theorema cuius beneficio agnoscerem in oblatis tribus numeris, essent ne inter primi uel compositi, ut sic ad problematis solutionem expeditior patceret aditus.

OR: Non est opus peculiari ad hoc Theoremate, nam primum illud cum præmisso problemate bis adhibitum monstrat idem in tribus atq; etiam pluribus numeris quod prius præstit in duobus: Quia uero sic uidetur, præmittam eiusmodi $\lambda\mu\mu\alpha$. Si tribus numeris datis duo quiq; admiserint communem mensuram, hæc verò tertius itidem communem habuerint mensuram: erunt numeri dati inter se compositi. ut sint tres numeri 6, 8, 14. Horum 6 & 8 (ex i proposito) sunt

EVCLIDEORVM ELE.

sunt inter se non primi, communis
uero eorundem maximaque mensura
(ex 2 proposit:) est 2. Binarius autem
& 14 iterum (ex 1 propositione) sunt
inter se compositi, estque mensura eorum
dem communis & maxima binarius
ipse ex 2 propositione: Dico ergo tres
datos 6, 8, 14, inter se compositos esse,
hoc est admittere sibi communem &
maximam mensuram: quae uero sit
illa, quæritur, ostenditurque in tertia
propositione. Huius præmissi lemma,
tis καταφατική seu aduersariua mon-
strat, quando tres numeri sunt inter
se primi: & tunc non indigent hac
propositione. ut dentur tres numeri
64, 28, 15, quos experiaris sintne com-
positi inter se, PH: Primi duo (ex 1
proposit:) non sunt inter se primi, estque
eorundem (ex 2 proposit) mensura
maxima, 4. Quaternarius porro &
13 quum (ex 1 propositio:) sint inter
se primi, non poterit ex secunda pro-
positione eorundem indicari mensu-
ra,

LIBER. VII.

ta, multo minus ex tertia propositio
ne triuin 64, 28, 13 habebitur mensu
ra, loquitur siquidem tam tertia ac se
cunda de numeris datis inter se com
positis. OR: Bene sentis.

Nunc ut satisfiat problemati, mon
strabo certum quendam numerum
qui trium quorumlibet numerorum
inter se non primorum, hoc est, com
positorum possit esse statuicę commu
nis ac maxima mensura. PH: Mon
stres uelim non Græcè sed Latine.
OR: Datis tribus numeris non pri
mis inter se, eorumdem communis ma
ximaq; mensura habetur, Si duo
rum quorumcunq; communis ac ma
xima mensura conferatur ad tertium
numerum: hic enim cum ea quam ba
uerit maximam mensuram eadem
erit omnium trium communis maxi
maq; mensura.

• G

PH:

EVCLIDEORVM ELE.

PH: Vtaris exemplis aliquot illustrandigratia quanq̄ res per se est plana, OR: Sint tres numeri $\text{ss} 8$. 675 . & $\text{ss} 1$. quos norim ex præcedenti lemmate esse inter se compostos: Tu ex problematis solutione discas quæ sit corundem communis maximæ mensura, PH: Ternarius est: Nam duorum $\text{ss} 8$ & 675 communis maximæ mensura est 9 : Hæc collata ad tertium propositorum ut $\text{ss} 1$, habet ipsi communem & maximam mensuram 3 , quem statuo trium datorum numerorū maximam communemq̄ mensurā. OR: Aliud: Sint tres numeri 162 , 27 , 108 , inter se composti, qui 27 communem & maximā habent mensuram: nam hæc exdem est maxima priorum duorum (ex 2. propositio:) itemq̄ maxima sui & tertij numeri mensura.

PH: Perspexi ex his duobus atq; alijs huius tertiat propositionis exemplis

LIBER VII.

emplis, unam eandemq; in praxe operam esse, judicare de tribus numeris sintne inter se primi nec ne, & uenari eorundem communem maximamq; mensurā. OR: Est tamen demonstratori idem inter problema nostrum & præmissum huic Lemma discrimen quod superius de duobus numeris rectuli.

P.H: Ecce ἀριθμα de tribus numeris priori de duobus simile etiam nunc ad calcem demonstrationis sese offert quod legam: ἐκ δὲ τούτων φανερὸν, ὅτι ἐάπειρον μόνοι ἐάπειρον Τρεῖς μετρή: καὶ τὸ μέγιστον τῶν κοινῶν μετρημένον: OR: Hæc primum perstringamus: *Liquet ex demonstratione secundi problematis, quod si numerus mensus fuerit tres alios, metiatur idem et maximam eorundem communem mensuram:* Ut si ac tres numeri inter se compositi, 104 | 152 | 216 |

G. ij Horum

EYCLIDEORVM ELE.

Horum communis maximaq; mensura(cx 3 propositione) est s : L)icit iam ὡργίσμα. si binarius metitur hos tres numeros datos, metiri eundem etiam τὸ ὄγδοά. Similiter quaternarius mensurans numeros tres subiectos, metetur etiam octonarium.

Legas illa iam quæ deinceps in textu ὡργίσμα sequuntur. PH: τὸν ἀντὶ τὸν δὲ ἕόρωρ ιερὸν ἀλεθῶμεν ἀριθμῷ δ' οὐ πέντερον μηδεποτε τριῶν διδύλλων τὸ μέγιστον κοινὸν μέχρι ἐνεργομενοῦ ιεροῦ τὸ ὡργίσμα ωργίσει. OR: Ad eundem (inquit) modum etiam in pluribus non primis inter se numeris, (quādri tribus) maxima communis mensura reperietur, similiterq; congruet Acquisitum.

PH: Par est, ut etiam lemma præmissum ad plureis quam treis

Exs

LIBER VII.

extendamus numeros: Or: Id decla-
rabitur uno saltē exemplo: sint quinq;
numerī 104 | 152 | 216 | 88 |
248, quos primum examinabo sint
ne inter se compositi an uero priuī:
postea maximam mensuram designa-
bo. Tres quidem priuī: ut, 104 |
152 | 216, sunt inter se compositi ex
indicatione præmissi lemmatis, reli-
quos eadem ratione probō: Nam tri-
um maximā mensuram(8) accommo-
do ad quartum 88, estq; 8 tān sui
quam 88 communis & maxima men-
sura: Hanc proximē repertam mensu-
ram accommodo ad sequentis loci nu-
merū 248: quinq; & heic reperiatur
communis quedam maximaq; octo-
narij & 248 mensura, liquet ex appli-
catione lemmatis, quinq; propositos
numeros inter se compositos esse. Or:
Et applicata problematis uia pronun-
cias etiam, ultimam mensuram accer-
sitam (ut est heic octonarius) com-
muniem et maximam quinq; datorum

G. iiij

nus

EVCLIDEORVM ELE.
numerorum mensuram esse. PH:
Consentio. OR: Nec aliter proceden-
dum tam in lemmatis quam proble-
matis iudicio, si uel in ille numeri pro-
positi forent.

PH: Sufficient hæc Orthophros-
ni de tribus primis propositionibus;
quarum explicatio tantū me erudit̄,
ut possim pronunciare de numeris
quibuslibet, sintne inter se primi an
uero compositi, Et si compositi, qua-
ratione indubitanter præhendam eos
tundem maximam communiter ipsos
metientem mensuram. OR: Quem-
admodum in his 3 propositionibus
dominarent definitiones ii & i3: sic in
sequentibus propositionibus agita-
buntur termini definitionis
tertiae. Auspicemur igit-
tur,

QVAR,

LIBER VII.

QUARTA.

PH. Πάντες ἀριθμοὶ τὸν τὸν ἀριθμοῦ ἐλέγονται σωροῦ τοῦ μείζονθες. Καὶ τοι μέγθε δῆλον ἡ μέγε. Hoc mihi uidetur perinde esse ac si dis-
ceretur, Omnis numerus minor ma-
iorem se uel metitur uel non metitur.
Si metitur enim, ex definitione, dice-
tur eiusdem maioris μέγθε, si non, μέγε.
Id perparum aut nihil potius differt à
definitione tertia. OR: Accuratus,
Philomathes, oportet te considerare
propositionem Euclideam: Definitio
supra nudè citra inclusionem dixit,
Minor quando metitur, pars dicetur,
Ubi nō autem metitur partes. At hec
Theorema pansiis ueluti brachijs sub
definitionem illam bipartitam colligit
omnes numeros, & adhibita demon-
stratione ostendit differenter, quomo-
do minor numerus, si dimetiens est
majoris, dicatur pars, quomodo uero
quotq[ue] modis τῶν μεγάλων habeat adpels-

G iiiij latios

EVCLIDEORVM ELE.

Iationem minor, si maiorem non emet-
titur, *Omnis numerus minor, inquit,*
omnis numeri maioris aut pars est,
aut partes. οὐδὲν γὰρ ut uides gemina
num est.

Prioris sic hoc tenuissimum exem-
plum. Ternarius metitur Nouenarius,
est igitur ternarius nouenarij pars,
cumq; hic dirimatur ab illo in treis
parteis æqualeis, ille tertia pars huius
est, PH: Aliud subdes, OR: Istuc
pacto ternarius duodenarij pars est,
& quidem quarta, quia dirimitur hic
ab illo in quatuor parteis æqualeis.
Cæterum quaternarius eiusdem duo,
denarij pars est tertia cum hunc metis-
atur ille, dispescatq; in treis parteis: Oz-
etonarius pars est decima de so. Ita
uides, Philomates, prius quæstum
conuenire numeris omnibus ijs quo-
rum minor metitur maiorem,

Relinquitur ergo C quum Theo-
rema

LIBER VII.

rema duabus classibus uniuersali, ter omnes includat numeros) Sub posterius γιτούμενον cogi reliquos numeros uel infinitos ; Horum ob latis duobus minor se maiorem non metitur ; OR Verè iudicas, inq; his minor maioris dicitur parteis ; PH : Quot id sit modis ; OR : Duobus tantum : Nam minore non metiente maiorem, necesse est ut uel habeant numerum quendam qui sit communis utriusq; maximis mensura uel eum non habeant : hoc est (ex definitioni conuersione) ut sint inter se uel compositi uel primi, PH : Prioris modi exhibeas παράδειγμα.

OR : Octonarius non metitur duodenarium : Sunt uero inter se compositi (ex Antithesi primitæ propositionis) eorundemq; communis maximis mensura est (ex secunda) quaternarius : Hic quum duodenarij pars sit tertia toties igitur sumpta pars

G ;

illa

EVCLIDEBORVM ELE.

illa quoties compræhenditur in Octo-
nario (nimirum bis) fiet Octonari,
us duodenarij dux tertix partes. Ita
90 ipsius sc̄o partes uocetur: Mi-
nor enim maiorem non metitur; ha-
bita uero communis mensura (ut 30)
qua ip̄ius 600 pars est uigesima, erit
90 (qui 30 complectitur ter) tres
uigesimæ partes ipsius 600.

PH: Ad alterum posterioris
quæsti modum accedamus: qui est
numerorum primorum intese. OR:
Horum si sumptis primam & gene-
talem mensuram, quæ est unitas,eari-
dem reperies esse similitudinem hie
quæ est in priore modo. Nam unitas
pars est maioris: ergo minor numerus
constans ex hac parte, maioris parteis
est: ut septenarij et undenarij,communis
mensura est unitas: Hæc quum sit pars
undecima undenarij, erit, ut eadem se-
pties sumpta faciat septenarium esse
septem undecimas parteis ipsius un-
denariorum.

LIBER VII.

denarij. De reliquis omnibus primis
inter se numeris eodem modo iudices.

Nunc habes sat euidenter explicata
tā propositionē quartam, ubi τὸ καθόλον
τοῦ διεδομένου egit sub geminū ἢ τούμενον
omneis numeros: designata nimirum
proprietate quadam numerorum,
quam non habeant communem
cum magnitudinibus Geometricis:
Nec enim omnis magnitudo minor ^{Not.}
omnis magnitudinis maioris aut pars ^{PARS}
est aut partes: Evidēm si minor magnitu-
dītudo maiorem metitur, pars ^{dimibus}
est: Si uero non, diceretur quidem ^{numeris:}
partes ipse minor si maiori semper ^{uerò nume-}
esset commensurabilis: Atqui sunt ^{ris tantū.}
& ἀσύμμετρα quædam μεγέθη quod
alienum à numeris. Hanc arbitror
causam fuisse Euclidæ, quur in ue-
stibulo quinti libri (qui ex parte
quadam affinis non consanguineus est
numerorum, proprius uero magnitu-
dinū) omiserit τῶν μερῶν definitionē.

Aicq

EVCLIDE ORVM ELE.

Atq; ut & hoc obiter adiçiam, mera
εαπολογία est de numeris uelle garri-
re hanc definitionem quinti: λόγοι
adūnicem habere magnitudines dis-
cuntur quæ se possunt excedere mul-
tiplicatæ. Sed ne tecum disputem
frustra, reuertamur ad propositum:
PH: Lego quintam propositionem,

QVINTA.

Εάν ἀριθμὸς ἀριθμοῦ μέσος οὐ καὶ εἴ τε
ὅς εἰσί τὸ δυτὸ μέσος: Καὶ συμφότε-
γος συμφοτίς τὸ δυτὸ μέσος εἰσὶ ὅπερ
οἱ οὗτοι εἰσί. OR: Si numerus nu-
meri pars fuerit & alius alius eadem
pars: erit uterque utriusque eadem pars
quæ est unus numerus unius. Vides
hic usum definitionis 19. Ut, 2 est
tertia pars senarij: alius itidem ut 5 est
tertia pars 15: dicit igitur Στολενον
Theorematis, iunctum binarium
qui s

LIBER VII.

quinario (qui conficiunt 7) eandem esse partem (tertiam) reliquorum duorum coniuctorum ut 6 & 1; quae conficiunt 21.

$$2 \left\{ \begin{matrix} \text{Tertia} \\ \text{pars} \end{matrix} \right\} 6 \\ 5 \left\{ \begin{matrix} \text{est de} \end{matrix} \right\} 15$$

7 Tert. 21.

Adnectas huic quintæ sextam, nam sunt eiusdem argumenti, nisi, quod subsequens loquetur τοις μερῶν id hæc proposuit τοις μέρεσ: P H:
Audias igitur.

SEXTA.

* Βάρος ἀριθμὸς ἀριθμοῦ μέρη ἢ οὐκ ἔτεσθις ἐπειδὴ τὰ ἀνταντὰ μέρη : οὐδὲ σωματοτελεῖος σωματοτελεῖος τὰ ἀνταντὰ μέρη ἕσσαι ἀπεργόντες τοῦ ἐνός. OR: Si numerus numeri partes fuerit, & aliis itidem aliis

EVCLIDE ORVM' ELE.

alius eadem partes fuerit: erit \mathcal{G} 'y-
terg, ytriusq; eadem partes, quæ partes
vnus vnus est: Ut sit 8 tantæ par-
tes 12, quantæ 18 est partes 27: quod
est $\delta\epsilon\delta\mu\epsilon\nu\mu$: $\gamma\pi\tau\alpha\mu\epsilon\nu\mu$ est ut 8 & 18
simul iuncta (nimirum 26) tantæ
sint partes ipsorum 12 & 27 simul
iunctorum (nimirum 39) quantæ
uel 8 est 12, uel 18 est 27.

8. 12.

18. 27.

26. 39.

PH: Vtramq; credo propositio
nem posse applicari pluribus quam
quatuor terminis? OR: Potest.
Quintæ sit hoc exemplum.

6.

LIBER. VII

6		12
8	medio	16
10	etas	20
12	est de	24
9		18

Sum: 45 Med.est de 90.

Videtur quanta pars est uel senatus
us duodenarij, uel 8 ipsius 16 &c.
media nimis pars: tota pars est 45
duplisui 90. Aliud.

3		12
4	Quar	16
9	ta est	36
12	pars de	48

Sum: 28 Qua.pars est de 12

Sextae propositionis hoc capitale ex-
emplum in quo ut quilibet mi-
nor correspondentis libri maioris est
duæ tertiae partes, sic & confluens
minor

EVCLIDEORVM ELE.

nor (4 2) duas tertias partis habet
maioris 6 3.

2		3
4	Dux	6
6	tertiae	9
8	partes	12
10	est de	15
12		18

4 2. Dux Ter. de 6 3.

Hæc duo iam enarrata Theorema combinari debent, cum sint ut uidisti argumenti prorsus eiusdem, diliuncta ueroè fuere ad commodius uberiorisq; explicanda quartæ propositionis duo quæsita. P H : Facias, precor, Orthophroni periculum, ut possis utrumq; in unum cogere Theorema, nihil tamen mutata terminorum specie. O R : Animaduerte, Datis quatuor numeris quorum primus fuerit uel tanta pars secundi, quanta est ter-

LIBER VII.

tertius quanti, vel tantæ partes secundi quantæ tertius quarti: necesse est ut primus & tertius simul iuncti sint vel tanta pars secundi & quarti simul iunctorum quanta est primus secundi, vel tantæ partes quantæ primus est secundi. Sequuntur nunc aliæ duæ propositiones simili modo combinandæ.

SEPTIMA.

PH: Εάπειροι μέροις καὶ στριγίαι
ἀφαιρεθεῖσι ἀφαιρεθεῖσι: Ηγήγορος τοῦ
λοιποῦ τὸν ἀντίτοιχον μέρος εἶσαι σπεῖραν
ἄλλον. OR: Quæro de senario, quanta
pars sit Octodenarij? PH: Tertia
pars. OR: Quid, si de senario sum-
ptero quaternarium & de octodenar-
io, duodenarium, quanta pars erit
quaternarius duodenarij? PH: Ita
dein tertia: OR: His ita se habentis
H. bus

EVCLIDEORVM ELE.

bus, infert διδόυετοι nostri Theorematis, residuum de senario (ut est 2) residui de octodenario (ut est 6) esse itidem tertiam partem. Nunc erunt tibi perspicua Theorematis uerba. Si numerus minor numeri maioris pars fuerit, & utring demandur numeri, quorum minor sui maioris eadem parsest, quanta totius minor totius maioris fuit: oportebit residuum numerorum minorem sui maioris tantum etiam partem esse, quanta minorum fuit initio totius minor totius maioris. PH: Per placet potius paraphrastes, quam anxie pellere uerbum Græcum uerbo latino: Sed ero his contentus, si unum adieceris exemplum etiam versioni. OR: Octonarius sexta pars est de 48: Ac qui binarius (quem demas ab 8) itidem sexta pars est duodenarij (dempto ab 48) Residuum igitur 6, residui 36, sexta

LIBER VII

ta pars erit, quanta erat totus 8, totius
48. PH: Pergam.

OCTAVA.

Eà p. ἀριθμοῦς ἀριθμοῦ μέρη ἕσται ταῦθεν ἀφεῖσθαι
πεθεῖσα φαίνεται τότε: Ιεράρχης τοῦ λοιποῦ
τοῦ τὰς δυῆς μέρη ἔσαι απειρόν τὸ λοιπὸν τοῦ στολῶν.
Sicut se habuit sexta propositio ad
quintam, eodem modo & hæc ostendit
ad præcedens Theorema: nihil est
enim utrobicq; discriminis nisi in nu-
merorū proportionalium specie: Itaq;
reddas hanc formā uerborum non ad
modum variata à præmissâ septima.

*Si numerus numeri partes fuerit,
et utrīque demandantur numeri, quorum
minor sui maioris eadem partes est,
quantæ totus minor totius maioris
fuit: Necesse est, ut residuorum nu-
merorum minor sui maioris, tantæ e-*

Hij iam

EVCLIDEORVM ELE.

tiam partes sit, quantæ fuit miti^c totus minor totius maioris. Ut, i^c de 20 quantæ partes sunt: PH: tres quartæ. OR: Si demandur de 15 sex, & de 20 octo, quantæ partes erit tenuarius octonarij? PH: Itidein tres quartæ: OR: Ait igitur p^rTyphop Theorematis, quod residuum de 15 (id est 9) tantæ partes sic residui de 20 (quod est 12) quantæ fuit totus 15 totius 20. Aliud: 35 habet septem octauas parteis de 40: Sublatis autem de 35 uno & uiginti, ac de 40 quatuor & uiginti, depræhensio quod 21 itidem habeat septem octauas parteis de 24, pronuncio ex octaua hac propositione, residuum de 35 (id est 14) etiam septem octauas habere partes residui de 40 (quod est 16.) Sequitur Typus qui memoriā iuuabit.

Prius

LIBER vii.

Prius	Totum	Abla.	Resid.
exemz	20	8	12
plum,	ad	ad	ad
	15	6	9
	Tot.	Abla.	Resid.
Poste;	40	24	16
rūs ex-	ad	ad	ad
emplum.	35	21	14

PH: Sat est exemplorum : Prius uero quam accingamur ad sequentia-
um etiam duorum Theorematum
combinationem, coalescant uelim
enarrata iam duo in unū. OR: Quod
instituerim paulo ante συμπλοκή^η
quintæ ac sextæ propositionis, nihil
uideo opus fuisse: ac misereret me tu
qui tam grauiter arrectis me audiebas
autibus, propemodum laboriosè con-
cinnantem dirempta Theore mata: Si
quidem mox se nobis offerent tria dis-
stincta Theore mata quæ generatim
nec non eleganter & summa rotundi-
tate reuocabūt illa in memoriam quæ

H sij sib

EVCLIDEORVM ELE.

sibi præmissis sex Theorematibus spe*a*ciam distincte*cq;* fuere proposita.
Primum uero percurrainus sequentium duorum specialem connatam*cq;*
explicationem, PH: ita habent.

NONA.

Εάντοι δέ τις μέσος ἡ ιγείη ἐπει-
γοεις ἐτέρη τὸ αὐτὸν μέσος : ιγείη ἐναλλαγή,
ἢ μέσος διπλός ἡ μέρη ὁ πρώτος τὸ δύτικόν
τὸ αυτὸν μέρος εἶσαι ἡ τὰ αὐτὰ μέρη ὁ διεύ-
πειρος τοῦ Τιτάρητος. Non video Ora-
chophroni quid sibi uelit uox ἐναλλαγής
illac*cq;* sola mihi præcludit intellectum
Theorematis.

OR: Afferam ex quinto li-
bro tibi definitionem eius, quæ ita
habet: ἐναλλαγή λόγος διπλός λόγος τοῦ
ἴγαμέντος πρώτος τὸ ίγαμένον, ιγείη τοῦ
ἔπαρμέντος πρώτος τὸ έπαρμένον. Id est,
Alteras

LIBER VII.

Alternata seu permutata, ratio est, cum datis duarum rationum quatuor terminis, antecedens prioris rationis terminus refertur ad antecedentem posterioris rationis, itemque prioris rationis subsequens terminus ad posterioris subsequentem. Ut, Positis quemadmodum 6 ad 3, sic 18 ad 9, fiet inde ἐναλλαξ λόγος ίσι κατ' ἐναλλαγήν (per alternatam permutationem) dixero, ut 6 ad 18, ita 3 ad 9. Phrasis est creberrima in Ethicis Aristotelicis : ἐναλλαξ procedere est germanis zcunen.

Hæc de termini explicatione : nunc ad propositionem, quæ talis est : Si quatuor numerorum primus secundi tota pars fuerit, quota est tertius quarti : erit permutatim primus tertij tota pars vel totæ partes, quota pars

Hiiij vel

EVCLIDEORVM ELE.

Vel quotæ partes est secundus quarti.

PH: Quum intelligam iam propositionem, facile gigntiam ipse exempla. Quaternarius tota pars est octonarij, quota 12 est 24 (nimirum altera pars) inserta inde quesitum propositionis, terminis ἐναλλαξ, seu alternatim sumptis, quaternarium totam esse partem duodenarij, quæ est octonarius ipsorum 24, Vtrinque nimirum tertia pars. OR: Quæsitum Theorematis nosti duos complecti casus, id est ob formato iam priore casu, alterum ego subiectam exemplis: Ut 3 est tertia pars 9, sic 5 est tertia 15: inferas inde per collocationem ἐναλλαξ factam de sententia nostræ propositionis, ut 3 est tres quintæ partes quinarij, ita 8 est tres quintæ partes de 15. Aliud: Nouenarius est quinta pars de 45, sic 7 de 35: quid inferes inde Philomathes? PH: Ergo per alternatam permutaz

LIBER VII.

mutationem nostræ propositionis, ut
Nouenarius est. OR: Quid files,
fortasse res hæret? PH: Non
puto rem hærere quæ per se cer-
ta est, ego uerius hæreo qui hinc
me non possum expedire: OR:
Dubo expeditum contum seruans
dum in huius ac sequentis pro-
positionis exemplis, *Vt minimus sem-*
per terminus primuni sortiatur locū,
alias claudicabit γιτούμενη proposicio-
nis: Resumas igitur derelictum exem-
plum atq; ita colloces. *Vt 7 est quin-*
ta pars de 35, sic 9 de 45. PH: Perfi-
cio incoatam argumentationem, Ero
go quantæ partes est septenarius no-
uenarij (nimirum septem nonæ para-
tes) tantarum partium est 35 de
45: Adnectam huic af-
finem decimam,

H₅ DECL

DECIM.A.

Εάν δηθινός ἀριθμοῦ μέγε ἡ, καὶ τὰ
 γες ἐτέρα τὸ δυτικό μέγε : οὐδὲ ἐπανάστατος, εἰ
 μὴ ὅπερ ὁ πρῶτος τοῦ τύπου ἡ μέγε,
 τὸ διατάξικόν ἐσαι οὐδὲ ὁ δεύτερος τοῦ
 τετάρτου ἡ μέγε. OR : Hoc est,
 Si quatuor numerorum primus se-
 cundi eadem partes fuerit que ter-
 tius est quarti : erit per vicissi-
 tudinem primus tertius vel eadem
 partes vel eadem pars, que par-
 tes vel que pars est secundus quarti.
 Vides omnino, quod fucrit discri-
 men inter quintam ac sextam, is-
 temq; inter septimam & octauam
 propositionem, hoc ipsum esse in-
 ter nonam & hanc decimam ;
 Cumq; & hec uideas duplīcem
 quæstū casum, utar etiam duobus
 exemplorum generibus. Ut,

Sint

LIBER VII.

Sint quatuor numeri 6. 10. 9.
15. quorum 6 tres quintæ partes est
de decem : Itidem nouenarius tres
quintæ partes est quindecimarij : fa-
cta igitur dispositione ἐναλλαξ seu
permutata, quando scenario est duæ
tertiæ partes nouenarij, erit & de-
narijs duæ tertiiæ partes quindecim-
arij. Adferam alterum exemplum
figurans alterum quæsiti casum : Dentur quatuor numeri
4. 14. 12. 42 inter se propora-
tionales, hoc enim (per 19 de-
finitionem) idem est dicere quod
 $\frac{4}{14} = \frac{12}{42}$ nostri Theorematis, ut
nimirum primus (4) totæ par-
tes sit de 14 (duæ septimæ scilicet
partes) quoctæ tertius (12)
est quarti 42. Per alterum igitur
casum nostri quæsiti facta alternati-
one terminorum, quota pars 4 est
12 (nimirum tertia) tota erit 14
quarti numeri 42.

Hades

EVCLIDEORVM ELE.

Hactenus decimam propositionem. Nunc sequentur tres propositiones (quorum mentionem paulo ante feci) multò γενικότεραι proximis sex iam enarratis. Nam quod quinta & sexta speciatim proposuit, hoc ipsum undecima tibi iam legenda generaliter enunciabit: Quodq[ue] septima & octaua speciatim, id καθολικῶς duodecima μηχανῆς, hoc uno fasciculo tredecima offeret: Sed quid attinet multa promittere, aggrediamur ipsas.

VNDECIMA.

LIBER VII.

sic & omnes termini antecedentes ad omneis consequenteis. Referas huc omnia quintæ ac sextæ propositiones omnis ἀναπάθειγματα, quorum singulos rum si uel ordinem institueris renos gradum ἀνάπταλη procedendo, nihil impedit ut non eadem sic inuenia sub hac etiam propositione comprehendantur.

PH: Plenus declarat id, præser-
tim, quid hec sibi uelit dictio (ἀνάπτα-
λη) qua antea te usum esse memini.
OR: Ανάπταλη λόγος δήν inquit Eucli-
des Ἀντίτις τοῦ εὐρέου ὡς ἱγομένου τεός
τὸ ἱγούμενορ ὡς ἐπόμενορ, Id est, Re-
trograda ratio est relatio sequentis
termini tanq; præcedentis ad suum
præcedentem tanquam sequentem.
Non infrequens est ἀνάπταλη λόγος &
Aristoteli moralia tractantí: PH:
Primis quibusq; duobus exemplis
quintæ sextæq; propositionis me ius-
ues. OR: Ut 2 ad 6, sic 5 ad 15: Ero
go

EVCLIDEORVM ELE.

go (per quintam & hanc und: proposi:) ut 2 ad 6 sic coniunctum 2 & 5, id est 7, ad 6 & 15 coniunctum, id est 21. PH : Quomodo procedent $\frac{1}{2} \times \frac{1}{2}$ termini huius exempli ? OR : Si dixeris retrogradiendo ut 6 ad 2 sic 15 ad 5 : Ergo, per hanc undecimam , ut unus antecedens terminus 6 ad suum consequentem 2, sic uterque antecedentium 6 & 15 (id est 21) ad utrumque consequentium 2 & 5, id est 7 .

Aliud ex 6 proposit. Ut 8 ad 12 sic 18 ad 27. Ergo per 6 & undecimam propositionem, ut 8 ad 12, sic uterque antecedens 8 & 18 id est 26, ad utrumque consequens 12 & 27 id est 39. PH : Instituetur ordo retrogradus si dixero, ut 27 ad 18 sic 12 ad 8 (nihil enim refert utram rationem prius inuertas) Ergo per hanc propositionem ut 27 ad 18, sic

LIBER VIT.

27 & 12 coniuncti antecedentes
(id est, 39) ad 13 & 8 coniunctos
consequentes id est 26. OR: Non
est diuersa ab his ratio, si uel mille
offerantur numeri, quorum quilibet
huiusmodi fortius fortius fuerit. p.
PH: Pergo.

DODECIMA.

Ἐκεὶνος δὲ τοῖς ἀλογοῖς πάντας οὐτως ἀφάσια
γενεῖς τρέψεις ἀφαιρεθέντα : νοεῖ δὲ λατρός
τοῖς τῷριν θεοῖν εἶσαι ὡς ὅλος τρόπος τοῦ
ὅλορ. Si fuerit ut totus numerus
ad totum, sic ablatus ad ablatum :
tum reliquus ad reliquum etiam sic
se habebit ut totus ad totum. Vis
den referri propositionem septimam
& octauam. Quorum exempla an
tea specificata huc referas, quo unā
habitent sub hoc tecto.

PH:

EVCLIDEORVM ELE.

PH: Vis ne & h^c locum habere τὸν ἀνάθελντο λόγον; OR: Volo. PH: Declares id primis exemplis septima & octaua proposit: OR: Ut 6 ad 18 sic ablatus 4 ad ablatum 12 Ergo (per septimam & hanc duodecimam) residuum 2 ad residuum 6 se habebit ut totus 6 ad totum 18. Fiat iam di-politio retrograda, ut 18 totus ad 6 totum, sic ablatus 12 ad ablatum 4: inferas similicer (per hanc 12 proposit:) residuum 6 ad residuum 2 ita habere ut totus 18 ad totum 6. Aliud ex octaua propositione: Ut 15 totus ad 20 totum, sic 6 ablatus ad 8 ablatum: Igitur (per octauam & hanc 12 proposit:) residuum (9) ad residuum (12) se ita habebit, ut totus (15) ad totum 20. PH: Faciam ἀνάθελντο λόγον: Ut 20 totus ad 15 totum, sic ablatus 8 ad ablatum 6: Ergo, per nostram duodecimam propositionem, residuum (12) ad residuum (9) ita se habet ut totus 20 ad totum 15. Transcamus ad sequens Theorema. T R E,

LIBER. VII.

* TREDECIMA.

Εὰν τέσσερες & γενουί ἀνάλογοι ὔστι;
Νοὺς ἐναλλαξ ἀνάλογοι ἔσονται. OR: Si
numeri quatuor proportionales fue-
rint: tum permutatim etiam pro-
portionales erunt. PH: Includitur huic
Theoremati, ut adparet, nona & de-
cima propositio. Sed istarum proposi-
tionum exempla cautionem habe-
bant ut semper minimum terminus
primum sortiretur locum; num eas-
dem & hac opus esse credis? OR:
Nihil uero. PH: Cæterum retros-
gradam rationem admittis, ut in pre-
cedentibus duabus? OR: Admit-
to. PH: Pateat, quælo, res duobus
exemplis.

OR: Nonē propositionis pri-
mum exemplum est, Ut 4 ad 8 sic
12 ad 24, ergo per nonam illam &
nostram tredecimam propositionem
I infero.

EVCLIDEORVM ELE.

Infero, ut ἐναλλαξ 4 ad 12 sic & 8 ad 24. Idem exemplū ἀνάπτων sic ordis no: ut 24 ad 12, sic 8 ad 4, ergo(per 13 hanc proposit.) ut ἐναλλαξ 24 ad 8 sic & 12 ad 4.

PH: Accommodes & decimæ propositionis exemplum primum.
OR: Vt 6 ad 10, sic 9 ad 15. Ergo, per decimam illam & hanc tredecimam, ut alternatim 6 ad 9, sic alternatim 10 ad 15: PH: Disponas idem exemplum καὶ ἀνάπτων λόγον. OR: Vt 10 ad 6, sic 15 ad 9. Ergo(per hanc 13 propositionem) ut permutatim 10 ad 15 sic 6 ad 9.

Ita iam habes Philomathes sex specialia Theoremeta repetita tribus generalibus, quorum omnium si desyderas ἀποδεῖξε, non opus habes me ductore, siquidem aliquant

LIBER' VII.

aliquantulum progreso haud diffis
culter semet offerunt. Nunc
tempus est ut quiescat hodierna
Euvomia, cras reuertaris, cum si
uidebitur reliqua simili cras
scie percurram.

*Finis primæ
diægribus.*

Iij

Secundus



EVCLIDEORVM ELE.

Diaḡis Secundū.

OR: *Ommodam habuisse te nos*
Cetē arbitror Philomathes,
anima non nihil per Theoremas nu-
merorum hesternas defatigata. So-
let in somnis haec recolligere sc̄e & re-
licta cerebri officina ad interiora cor-
dis penetralia se reuocare atq; inibi
occultiora quædam peragere, unde
credo fieri, ut ad sensus cerebri mira
sæpenumero perueniant nuncia, mira
phantomata, rerumq; simulachra uaria
quæ nos uocamus somnia. PH: Som-
num quidem ego bona noctis parte
oculis non uidi meis: Ceterum som-
niorum fuit abunde, ac si liceret argo-
swādācīp dicerem, à calce ad uorti-
cem ea numeris Arithmeticis fuisse
uestita. OR: Quid ita? PH: Cres-
dimus an qui amant ip̄ū sibi somnia
fingunt,

OR:

LIBER VII.

OR: Adeone deperisti in Nympham Euclideam Philomathes ut noctem peregeris insomnem? Es andē puellam & nos in ætate iam pri- dem adolescentे sat quidem amanter sumus exosculati: Verum, quando nihil, præscriptim hoc frigido seculo, à corrivalibus est periculi, habita ratiōne ualitudinis interdiu præstitimus id, haud noctu. PH: Credo: Nam placidum rum carpunt fessa soporem Corpora per terras, homines pictæq; uolucres.

OR: Maluistin igitur experiri ἀγενθίας tormenta, quam hester- næ prelectionis aut potius confabula- tionis singula reminiscendo non ex- cutere sagaciter? PH Malui. Nec prius in somnum mea lumina declina- ui, Singula præteriti quam essent rez- petita diei.

OR: Quando tandem, quæ- so, te occupauit somnus? PH: Sub
I iij auro

E V C L I D E O R V M E L E.

auroram ferme ὡς τεῖχατον λάχος ἴσαι
το νυκτὸς,

ὑπνοστέ γλυκίωρ μέλιτος θλεφάροισι μέφιζωρ
λυσιμελής πεδάσα μαλακῶ κατὰ φάσα δέ
σμῶ,

ζεῦς ιψή ἀγρεκέωρ ποιμάνετο εἴδνος ὄντερωμ.

O R: Tu totus ut audio mades etiam
poeticis numeris: magnum hoc argumentum numerosi & Arithmeticī in-
genij: Sed omissis nugis serio ac cor-
date tecum loquar Philomathes futu-
ra in rem tuam. PH: Expecto.

O R: Vnicē probō in te ἔρω.
Τοκὺν illam μανίαν quam Galenus re-
quirit in Adolescentē contendere
περὶ φυ-
σικῶν συ-
νέκτεωρ.
Lib. 3. uolente ad excellentem quandam
eruditionem: hunc is uult ὡς
περὶ εὐθύτητα μήβ ἡμέρας μήτε νυκτός
ἢ αλεύτειν στενόντα τε καὶ συλλεγα-
μένον εκμαθεῖρ οσα τοῖς ἐνδοξοτάτοις εἰ-
ρηται περὶ παλακῶν. Cæterum, saltem
illumin animi impetum mecum pro-
bat Galenus, & amorem quo mens
lue-

LIBER VII.

Iuuenis ardet in acquirenda ueritate; Non credas uelle eum, consciū uiteis ingenij & corporis intempestiis ac nocturnis animi contentionibus, alias contraria præcipet suæ professioni. **Quid**, quod hoc ipso in loco mox idem iubet, ea quæ summa mentis alacritate & uegetiore studio sic persæpta sunt trutinare Adolescentem non simul una nocte sed à utrè kgi⁹ vixi. **C**αστωνίζειν ξύρω φαματόλλω.

Noui multos huic præpostero sapientiae studio deditos, qui imprudenter ac præter expectationem labefactata sanitatem, pro sapientia uera deportarunt infanciem præudemum sapientiam.

Tibi cum bene uelim, libus it huiusmodi in memoriam reuocare, ut aliorum exemplo disceres rectius sapere.

I iij Sed

EVCLIDEORVM ELE.

Sed fugit interea fugit irreparabile tempus, ac, quod uerior, defuderabitur nonnulla prælectionis hodiernæ celeritas ut reliqua septimi libri pars ante crepusculum uesperinū absoluatur. Itaq; legas textum propositionis decimæ quartæ: Mibi curæ erit ut & huius & sequentium expositio uideatur rotunda atq; expedita tibi.

PROPOSITIO.

XIII.

PH: ἐάντι μὲν ὁ ποστοῦ δεῖθαι οἱ
ἄλοι ἀντοῖς ἴσοι τὸ πλῆθος αὐτῶν λαμ
βενόμενοι καὶ εἰς τοὺς ἀντοῖς λόγῳ: οὐδὲ
ἴσους εἰς τοὺς ἀντοῖς λόγῳ ἔσονται. Ήει
reο Orthophroni, nam latet me significatio phrasew^s δι' ισου, nec memini illam definitionibus premissis antea esse explicatam.

OR: λόγηρ δι' ισου definit in quin-

to

L I B E R V I I .

το ληφτῷ ἀκεψασθεντοι τῷ μέσων
id est, datis quotcunq; numeris, si ex-
tremos intermedios omissis inter se
contulero, dicetur illa extremorum
sumptio διὸ ιστον λόγῳ. Ait igitur pro-
positio: Si fuerint quotcunq; nume-
ri & alterius cuiusdam ordinis totis-
dem, utrinq; semper duobus pariter
in eadem ratione sumptis: necesse est
ut & διὸ ιστον λόγῳ utrinq; conve-
niat.

P H: Gignam meo Marte exem-
pla: Sint numeri sex oblati 6, 3.15, 5.
8, 12. Sit itidem alius numerorum or-
do qui totidem constet numeris, nisi
mirum 8, 4.12, 4.2, 3. In priore or-
dine combinabo semper duos, qui
alios duobus alterius ordinis λόγῳ de-
bent respondere, Ut enim 6 ad 3 sic
in altero ordine 8 ad 4, & ut 15 ad 5
sic 12 ad 4, utq; 8 ad 12 in ὑφιμοδίῳ λό-
γῳ sic in posteriori ordine 2 ad 3.

I §

O R:

EVCLIDEORVM ELE.

OR: Ex his animus tibi est inferre κατὰ τὸ γενένερον Theorematis, Quem admodum se habent διῆσται extremitati finales numeri prioris ordinis 6 & 12, sic æque posterioris ordinis extremitati 8 & 3: PH: Omnino talem institueram mecum conclusionem. Sed quanta spe decidi, Eventus nequit respondet animi sententia. Soluas nodum Orthophroni. OR: Quæsicum Theorematis dextre quidem adsequutus es, ceterum antecedentis uox, σώσθυο, tibi imposuit. Combinatio numerorum illa in utroque ordine debet esse σωματικὴ οὐδὲ μημένη continua non discreta, hoc est, ut singuli medij numeri bis sumantur.

Veluti si datis numeris 18. 12. 9. 3, alter quidam numerorum ordo correspondeat, 24. 16. 12. 4. Ita nimirum ut quemadmodum in priori ordine octodenarij ad duodecimatum

LIBER VII.

narium λόγος est μωδίος, sic & in posteriore ordine se habeant 24 ad 16: Utq; in priore ordine 12 ad 9, ἐπίτετρος habet λόγον sic in posteriore 16 ad 12: utq; in priore nouenarij ad ternar: λόγος τριπλάσιος, sic in posteriore duodenarij ad quaternarium. His ita se habentib. quomodo concludes iuxta subiectam propositionem PH: Nimirum, numeris διισου sumptis utrobiq; resultaturam rationum conuenientiam seu ἀναλογίαν. Ut enim extremiti prioris ordinis 18 & 3 in ἑξαδεκάτῳ λογῷ ratione sextupla, sic & extremiti posterioris ordinis 24 & 4.

Placuere mihi isthæc σφάλματα: sed quod mentes insideant altius subiectas diuersū non nihil παρέμειγμα. OR: Prior series sit 16. 4. 20. Posterior uero 12. 3. 15. Sic autem ut 16 ad 4 τε ἑξαδεκάτος λόγος sic & 12 ad 3 in posteriori serie: utq; 4 ad 20 est ὑποτετραπλάσιος sic & 3 ad 15. PH:

E V C L I D E O R V M E L E.

P H: Ergo per nostrū Theorema ut
dīlīσou 16 ad 20 in subsesquarta ra-
tione sic & 12 ad 15. Nunc pergam
legere.

PROPOSITIO
XV.

Εὰν μονάς ἀριθμός Τίνα μετή, ἵσταντος
δὲ ἔτερος ἀριθμὸς ἀλλοπ τινὰ ἀριθμὸν με-
τῆ: καὶ ἴνα λλοτές ἵσταντος ἐν μονάς τὸν τυγίτον
ἀριθμὸν μετέβηται καὶ ὁ δύστερος τέταστον:
OR: Theorema hoc nihil differt à
nona propositione, nisi quod huc spe-
cificata unicas sit pro qua communius.
isthuc offertur numerus, qui pars sit al-
terius se maioris: Quare ut tum no-
nam sub tredecimā, tanquam multo ge-
neratiorem retulimus, itidē & hāc sub
eodem ueluti communi complecti-
mur domicilio. Si vñitas, inquit,
numerum aliquem mensa fuerit toties
quoti-

LIBER VII.

quoties alius quidam numerus tertius
us alium quendam quartum metitur:
tum permixtatione unitas tertium to-
ties metitur numerum, quoties secun-
dus quartum. Præter unum exem-
plum nihil amplius adiçiam. P H:
Sine quo singam ipse. Unitas quin-
denarij est decimaquinta pars, tantacq;
pars est 4 sexagenarij: Dito igitur
quod εὐαλλαξ id est permixtatio facio
ordine, ipsa unitas sit æqualiter tanta
pars quaternarij (nimirum quarta)
quanta est quindenarius ipsius sexa-
genarij. Sequitur in textu.

PROPOSITIO XVI.

Ἐάν δένο ἔριθμοί τοι λαθλάσαισαντες
ἀλλήλους τοιῶσι τινας: δι γενόμενοι οἱ αυ-
τῶν ἴσοι ἀλλήλοις ἐσούται. OR: Si duo
numerii ex mutua sui multiplicatio-
ne

EVCLIDEORVM ELE.

ne aliquos produixerint: productos
ex his aequaleis sibi esse necesse est.
PH: Nihil intellectu facilius est atq;
hoc Theorematum. An non perinde
est dicere, ter quatuor procreant duo,
decimi, & quater tria procreant duo,
decimi? OR: Est, quo scilicet ad pro-
ductum seu numerum utrinq; ex
multiplicatione emergentem, ut ex-
igit ἐπόμενον nostri Theorematis: Cæ-
terum (ut & antecedens Theorema-
tis aliquantulum explicem) si respe-
xeris agendi modum in multiplican-
tibus numeris, non nihil est discrimi-
nis. Commissis enim inter se se ter-
nario et quaternario, quaternarioq; mul-
tiplicato secundum illas que in ternar-
io sunt unitates, dicendoq; ter quatu-
or sunt 12, ternarius in hoc coitu mas-
est, agens, καὶ πολλα τλαστάς, quater-
narius uero patiens: Ita uice uersa ter-
nario multiplicato secundum illas que
in quaternario sunt unitates, dicendo,
que quater tria sunt 12, quaternarius

hac

LIBER VII.

Hec mas est agens, ternarius fœtus
patiens. PH: Desistas, sat est expli-
cationum. Pergamus.

PROPOSITION
XVII.

Bāv ἀγενήμοδες οὐδὲ ἀγενήμονες πολλακε-
τλασιάστας πολλὴ τίνας: οἱ γενόμενοι ἐξ αυτῶν
τὸν Τὸν δύτὸν λόγον ἔχουσι τοῖς πολλακε-
πλασιαθεῖσι. OR: Huc unus nu-
merus duobus opponitur, in quos a-
git, hoc est, quos multiplicat. Si nu-
merus, inquit, multiplicauerit duos
numeros: procreati inde habebunt
cum multiplicatis rationem eandem.
Ut sit 5 qui ductus in 10 & 8 utrumque
multiplicet, procreatisq; 50 & 40
(nam quinquies decem sunt 50, &
quinquies octo sunt 40) Concludo ex
sententia Theorematis, procreatōs 50
& 40 eandē inter se rationem habere,
nimis

EVCLIDEORVM, ELE.

nimirum sesquiquartam, quam habent multiplicati duo jo & g. PH:
Sit aliud exemplum : Nouem & 3
sunt in ratione tripla : Hos itaq; duos
si multiplicauerit unus aliquis numerus (ut sit in presentia 4) procrea-
tisq; 36 & 12: Infero iuxta consequens
Theorematis, 36 respicere duodenar-
ium in eadem ratione tripla, quae ni-
mirus fuit multiplicatorum duorum
nouenarij & ternarij.

PROPOSITIO
XVIII.

Εάν δύο ἀριθμοί ἀριθμὸν τινα πολλα-
πλασιάσαντες ποιῶσι τινα : οἱ γενόμενοι
ἐξ αυτῶν τὸν αὐτὸν λέγονται λόγοι τοῖς πολ-
λαπλασιάσσοι. Non admodum ma-
no discriminēc Theorema præsens à
præcedenti distare uidetur. OR: Huc
ἀντιπαλών duo numeri opponuntur
uni in quem uterq; agit multiplicans
do,

LIBER VII.

do, ait uero. Si duo numeri numerum aliquem multiplicauerint : præcreati ex illis habebunt eandem quam multiplicantes rationem. P. H.
Adsumamus primum præcedentis Theorematis ῥαβάδειγμα. Sint denarius & octonarius quorum uterque ducatur in quinarium eum multiplicando, prodibit ex denarij cum quinario congressu quinquagenarius; at ex octonarij coitione cum eodem quinario nascitur quadragenarius: Dicit fam ēπόμενος nostri Theorematis, quinquagenarij & quadragenarij eadem esse rationem, quæ est denarij & octonarij. Atqui hoc ipsum statuit etiam præcedens propositio: Video igitur saltem τὰ ἔγοντα utriusque differre. O R: Differunt isthac quem ostendi modo.

ADDITAMENTVN.

K

Logis

EVCLIDEORVM ELE.

Logistices non es imperitus: **Dic**
igitur Philomathes, quem iudices
premissa tria Theorematata habere us-
sum in vulgaribus practicis supputa-
tionibus & PH: Omittam dicere de
ampla illa proportionum doctrina
qua non Ieuia ex his petit subsidia,
tractatio certe minutiarum Physicali-
um, ut loquuntur, non commode pos-
terit carere trium iam explicatorum
Theorematum admiculo. **O R:**
Recte sentis. Totum illud negotium
reducendi diuersissimarum denomina-
tionum minutias ad unam aliquam
& communem omnibus denominati-
onem pender ex harum trium pro-
positionum indicatione.

P H: Sumam mihi declaratio-
nem. Sint $\frac{3}{2}$ & $\frac{4}{3}$ partes alicuius rei
Physicalæ: Has diuersissimas
parteis non datur in unam sum-
mam colligere uel minorem à maiore
subtrahere, prius quam aequalis des-
nomi-

LIBER VII.

nominatores fuerint sortitæ. Id uero
per horum Theorematum yōḡyīx̄p fit
ita. Fractionis $\frac{3}{5}$ uterq; numerus per
inferiorum alterius ut 7 multipli-
cetur: inde productos numeros
 $\frac{2}{3} \frac{1}{5}$ idem posse ac ualere dico quod
numerū multiplicati $\frac{3}{5}$ (per decimam
septimam uel etiam decimam
octauam propositionem.) Eo-
dem modo numerus uterq; minutæ
 $\frac{4}{5}$ per inferiorem alterius ut 5 multipli-
cetur, emergentis fractionis nu-
meros $\frac{2}{3} \frac{8}{5}$ ex h̄idem propositionibus
adfirmo tantundem posse quan-
tum $\frac{4}{5}$. Quod uero pro-
dierit æqualis denominatio, $3 \frac{5}{5}$, pa-
tet per propositionem sedecimam:
Nam in priore operatione 5 sunt mul-
tiplicata per 7: in posteriore autem
7 sunt multiplicata per 5. OR: Via
des iam beneficio harum trium pro-
positionum, inhabileis uel ad additi-
onem sui uel subtractionem fractio-

K n nes

EVCLIDEORVM ELE.

nes $\frac{3}{5}$ & $\frac{7}{4}$ redditas ad hoc
esse idoneas acquisito nimirum habitu
conuenientiore ut $\frac{21}{35}$ & $\frac{20}{35}$ Vas-
lore tamen & proportione nihil
immutata. PH: Vix ut experiaris
dem in pluribus quam duabus fractis
onibus? OR: Nouite quum 2st & 7th
κόρ be esse cum φιλομαθῇ. Itaq; superse-
deamus labore non admodum neces-
sario: Pergas legere.

PROPOSITIO XIX.

Εἰς τέσσερες ἀγείραιοις ἀνάλογοις ὁσιμοῖς
οἱ ἐκ τετραρχής τετάρτῳ γινόμενοι ἀγείραι
μός ἵσος ἔσαι τοῦ ἐκ τῆς δευτέρης κούλης τοῦ πέμπτου
γινομένῳ ἀγείραιῷ: Κούλη ἐάσθι οἱ ἐκ τοῦ τετραρχής
τετραρχής τετάρτῳ γινόμενοις ἀγείραιοις ἵσοις τοῦ
τοῦ ἐκ τῆς δευτέρης κούλης τοῦ πέμπτου: οἱ τέσσερες
ἀγείραιοις ἀνάλογοις ἔσονται. OR: Si qua-
tuor (inquit) numeri fuerint propor-
tio,

LIBER VII.

*tionales: necesse est numerum prode-
intem ex multiplicatione primi &
Ultimi adequari illi qui nascitur ex
secundi & tertij multiplicatione.
Hec prior est propositionis pars (nam
biunum brem esse citra dubium anis
aduertisti) cuius sit wāgādēγμα tale.*

Sint quatuor ἀνάλογος numeri
6, 12, 7, 14, Nam (ut patuit ex defi-
nitione 19) inclinat se senarius ad du-
odenarium in ea ratione (nimirum
dupla) in qua respicit septenarius qua-
terdenariū: Hactenus δὲ θόμενος ἡ γοῦ
μενος nostri Theorematis: PH: Exis-
git iam ξωόμενος ἡ τὸ ζυτόμενος, debes
re numerum emergentem & ex mul-
tiplicatione senarij in 14 (nimirum
84) cunden esse cum eo quem pro-
ducunt 12 & 7 numeri intermedij
multiplicati: Nascitur autem ex hos
tum etiam commissura 84, Patet igit
tur Theorema.

K iij

Subij:

EVCLIDE ORVM' ELE.

Subijcias iam alteram partem
quæ prioris est ἀντίσημοφθε: OR: Tas-
dis est. Si numerus proueniens ex pri-
Conuersa mi et vltimi multiplicatione æqualis.
¶ Propo fuerit prouenienti ex secundi & ter-
sitionis. tij multiplicatione: necesse est quatu-
or illos numeros proportionaleis esse.
Id uno declaretur exemplo. Ex duo-
bus numeris 6 & 10 per multiplicati-
onem commissis prodeunt 60, ex az-
ljs. item duobus 4 & 15 in se ductis
tantundem prodeat: Hoc est antece-
dens conuersæ: Infert consequens,
quatuor numeros 6 & 10, 4 & 15, se-
κατ' ἀναλογιαν respicere. PH: Id neu-
tisquerum est, nam senarius à denario
respicitur in ratione superbipartiente
certias (libet enim Phrasii Boethia-
na uti) quaternarius uero à quin-
denario in ratione tripla supertripar-
tiente quartas. OR: Erras in col-
locatione numerorum quod non
poterat

LIBER VI.

poteris non euitare si accurate consy-
deraris uerba Theorematis, Nume-
ri quicq; duo in multiplicatione
commisi, sortiantur sedes extremas,
reliqui duo media occupent loca citra
delectum ut conceditur ex tredecim
cima propositione.

PH: Intelligo. Ut, Numeri 6
& 10 prius sortiantur extremas sedes,
reliquis duobus 4 et 15 bifariam inter-
positis 6. 4. 15. 10. uel 6. 15. 4. 10.
Viden' utrobiq; esse ἀναλογίαν;
Nunc etiam 15 & 4, qui sunt in-
ter se multiplicati, occupent extre-
mitates, reliquis duobus 6 & 10 4.
Itidem bifariam inclusis 15. 6. 10.
uel 15. 10. 6. 4. Necq; uero
nunc refert an uel à sinistris uel
ἀνάποδη à dextris examinem proporc-
tionalitatem. OR: In similibus ex-
emplis hinc sine cortice discas natat
PH; Fiet.

K iij

AD,

E V C L I D E O R V M E L E.

ADDITIONE

tum.

OR: *M*ēniūſti ne, *Philomathes*, fieri in Logistica hu-
ius Theorematis mentionem: PH:
Omnino: Noster Magistellus cum
me & ξωμάτικας & mercatores quoſ
dam doceret φιλοφορίαν Germanica
lingua crebro uibrabat oculos nostros
mirabilibus Schematū Geometricorū
ductib: ubi erat ad limina uentum au-
teæ illius regulæ DE TRI (quā adpe-
lationem penes illos nunc obtinuit
uſus) uolens nimirum exhibendorū
paradegmatum futuras tractationes
ſtabilire, præmittendo calculationis
εφοδορ: *Quis* ibi φιλομαθέſſος non
grauiſter arrexiſſet aureis, præſertim
Geometricæ Philosophiæ non frigi-
dus amator: Deum uero immorta-
lem quanta cum expectatione pluri-
um, non ſemel aduocabat Euclidum
ſuum

LIBER VII.

suum per Germanicum interpretem
secum loquentem, deierans unā per
sacram virginem, se regulam De tri
nusq; altius atq; à radicibus imis quam
ab illo tractatam Philosopho reperire
quod mihi persuasit facile. OR : Cres
do, siquidem doctos & rerum Geos
metricarum non imperitos habuit au
scultatores. PH : Doctos dicis?
quorum nemo uel definitionem alio
cuius termini ad οὐδεὶς καλέσας Geos
metricam spectantis perceptam habu
it, usq; adeo illius temporis ἀκροάματα
euauere.

OR : Sed ad rem, quæso : ex
peto scire num præsens etiam Theore
ma adcommodaerit tractationi ille
lius regulæ. PH : De hoc altissimum
silentium, quod mihi mirum : fuisset
siquidem Arithmeticum Theorema
imperitoribus adcommodatius quā
isthæc Geometrica πολυτελεῖ μοσαϊκ
intempestiuē adhibita. Domum uero
reuersus consului Logisticen nostri

K; Ton;

EVCLIDEORVM ELE.

Tonstalli, cuius ductu deprehendi fontem ex quo scaturit aurea illa proportionum regula. OR: Fontem quidem dixeris nostrum illud Theorem: ceterum respectu præcedentium que hactenus percurrimus saliens quidam riuulus est, cuius καλύπτοντος ώρα temporis transiisti manibus illotis: atqui mentis oculi in eodem se nunc felicius atq; amoenius passus, quem eundem me duce reuisas Χεῖγας νήσουν Θασονησέτφ υδατι λευκῶ,

Vide igitur quanti referat, singula doctrinarum genera suo quodq; loco discere ab ipsis ut par est primordijs. PH: Adsentior. Proinde non nihil mirari soleo plurium Logistica uanam insolentiam qui ne uerbo solo quidem hortatores sunt imperitoribus, quò præmittant Logisticis supputationibus Euclideorum Elementorum expeditiora progymnasmata, quem tamen ipsi inter docendum, ubi alio

LIBER V II.

aliquantulum seria sese obtulerint, magna cum supercilio producant conspi- cienda plumis nudata Theorematā Euclidæ, in quibus uel magis est periclitandum incipienti quam muri immerso pici. OR: Boni his excipiuntur, nam nonnihil est discrimitis.

Alij Logistæ suas præceptio- nes in gratiam literatorum suuenum tractant: alijs pro mercatorum impe- rito uulgo. In utroq; genere uel rea- cte proceditur uel secus agitur. PH: Explices hoc. OR: Qui enim pro literatis, hi aut plurimum hoc spectant ut quod tradunt dignum censeatur VERE literatis mentis- bus: aut in hoc incumbunt ut mi- nus consulatur incipientibus, ipsi uero sint ostendatores Magnifi- ci.

PH:

EVCLIDEORVM ELE.

PH: Tu VERE Literatam mentem
uocas eam quæ mediocriter calleat Ari-
thmeticam & Geometricam Philolo-
phiam prius quam accedat ad ἀξίες
supputationum: in quam sententiam
lubens tecum iero. OR: Huius-
modi mente præditos igitur qui do-
cent illi certe non poterunt singulos
ἢ φιλοφορίæ rationes non examinare
sagaciter, & more exegetici Gram-
matici reducere ad prima præcepta
illa ac purissima initia doctrinæ tam
Arithmeticæ quam Geometricæ (de-
finitiones ac propositiones Euclideanæ
intelligas) sine quibus omnis ἐπιλογι-
κοδε & mutilus & mancus est. Id ita
scriptis præstitere nostri temporis Mis-
cillus & Stifelius ut hoc nomine in
summa sine apud me existimatione,
Cæterum, qui menteis studiosorum
in Arithmeticis ac Geometricis non
prius aliquantulum expolitos exerce-
re student ταῦτας ἀξίεις ἀγινθυνόμενοι
ἐπιλογισμῷ σιαγηροῖς φυσικᾶς, hi luseo-

rint

LIBER VII

tint operam, arbitror, dum crebro
sufficiunt nunc has nunc illas proposi-
tiones partim Geometricas, partim
Arithmeticas ex Euclide: nam his in-
tempestiis sarcinibus aut uerius
micis ex aliena coena per ostentatio-
nem pe itis magis ad naufragium prouo-
cantur discentium animi, ac perraro
ad meliorem reuocantur frugem. Sas-
tius esset, interea illos instigari ut or-
dinata ac plana via incedentes, non
per interruptos scopulos ac conualles
fonteis ipsos adirent.

PH: Sed ad mercatorum Lo-
gistas. OR: Hos similiter opta-
rem ad captum auditorum supputan-
di negocium adcommodare. Non
nego autem posse etiam Germanicis
literis Euclideanam Philosophiam tra-
ctari, ut fecere quidem Noribergen-
ses: Hac igitur instructi si qui fuerint
discipuli, quid prohibet quo minus
singulas supputandi methodos decla-
ret

II.

EVCLIDEORVM ELE.

ret magister prima ab origine? Verum imperitiores peregrinis ambagiis bus fascinare, quum superuacaneum est tum ridiculum.

Atquitandem mihi occurrit, quis busnam forte Geometricis ductibus uester ille Magisteilus in regula proportionum lulerit. PH : Audiam OR : Sunt in sexto Elementorum duæ propositiones, 16 & 17, per omnia similes nostræ decimæ nonæ iam euarrantæ ac mox subsequituræ uigesimæ, nisi quod illæ in magnitudinibus præcipiunt, idem hæ Arithmeticis persequuntur numeris. Cum autem non minus commodè ex sedecima sexti Regula proportionum possit ostendi quam ex nostra decima nona septimi, arbitror maluisse illum propter ostentationis splendorem remotius ex Geometria Theorema accersere, quam hoc propinquius ex Arithmeticis. At rursus miror

LIBER VII.

miror, quam intricatam linearum
permixtionem hac potuerit idem os-
tentare, quin Delineatio Theore-
matis plana sic atq; expedita; PH;
Ne quæso teramus tempus peregris-
nis: Nota mihi sunt illa sexti libri
Theorematum, & sufficit in præfensa-
tia, Si Regulam ἀναλογιῶν saltem ex
nostro Theoremate declararis.

OR: Aggrediar: Problema
est si præcepero, Tribus datis nu-
meris, quartum illis ἀνάλογον subi-
cere, ut nimisrum se habente primo
ad secundum ita ἀριθμένωε tertio
quocq; ad inuestigatum quartum, qui
authoribus passim dicitur τὸ εὐθύλε-
λον μέγος. Huius problematis
solutionem Logisticam exhibet regu-
læ illius saepius nominatae tractatio
pendens ex nostro Theoremate.

Præ-

EVCLIDEORVM ELE.

Præcipitur autem in illa, ut primum
numeris tertius in secundum duca,
tur, id est, ut ex duobus numeris,
quos nos intermedios paulo ante dis-
ximus, ueluti lateribus inter se multi-
plicatis, fiat planus numerus (perde-
finit ις) correspondens superficiem
rectangulæ in Geometria : Deinde
præcipit regula problematis ut hæc
superficies plani numeri $\pi\alpha\gamma\alpha\theta\lambda\kappa\eta\pi$
hoc est adcommodetur (per diuisio-
nis, hoc est, $\pi\alpha\gamma\alpha\theta\lambda\kappa\eta\pi$ laborem) ad
primum numerum tanq; latus. Ne
cessetum erit, ut numerus emergens
& repræsentans τὸ $\pi\alpha\gamma\alpha\theta\lambda\kappa\eta\pi$ $\pi\lambda\alpha\tau\eta\sigma$
sit quæsitus numerus quartus responsa-
dens κατ' ἀναλογίαν tertio, ut $\delta\iota\mu\eta\kappa\lambda\epsilon\nu\omega$
secundus primo.

PH: Sat expeditè satisfecisti pro-
blemati : Nunc audiam, qui ueritas
solutionis dependeat ex Theorema
te? Etsi uero hoc ipsum non ignorem
tamen me nonnihil delectat experiri
 $\alpha\gamma\alpha\theta\omega$

LIBER VII.

Ἐγενέται ἀνδρὸς ὅμοφεύθυνος νόσοι. Σεδ
πρεcor ut hoc in præsentia fiat citra ad
mixtionem Phrasew⁹ geometricarum
per solos Arithmeticos terminos: Νā
haud ignoro posse etiam commode
rem ostendi norma Geometrica cuius
indicationem nonnullam fecisti in
præmissa solutione:

OR: Nititur quidem tractatio
problematis ueritate Theorematis
nostrī, cæterum non cuius obuiū
est, nec liquet nisi adhibuerit medianam
tem hanc Maximam: Quilibet nu-
merus per multiplicationem composi- Lemma
tus ex duobus numeris tanq; lateribus ^{ad decla-}
^{randam} si quando alterutro laterum mensu- regulam
ratus fuerit: Oportebit reliquum la- proporti-
tus, mensurationis quotientē esse seu ^{num.}
καταμετρήσως αξιόμηρ. Ut Octo,
denarius per multiplicationem sic
compositus ex lateribus 6 & 3: Mens-
sureturq; idem 18 per latus senarij, et

L

mers

EVCLIDEORVM ELE.

merget ternarij latus index mensurat(ia
onis: Vel eundem octodenarium me-
tiatur ternarius, emerget rursus 6.

Hac tia strata resumis primum
nostrj Theorematis paradigm, 6. 12.
7. in quo singas quartum numerum,
ut 14, latere ac $\omega\gamma\epsilon\lambda\mu\alpha\tau\mu\omega\epsilon$ elicien-
dum esse: Nec tamen aliter sis affe-
ctus ac si quartus aliquis adesset nu-
mcrus: Multiplicatis itaq; intermedij
12 & 7 prodientibusq; 84, flagitat $\gamma\mu-$
 $\tau\omega\mu\nu\mu\mu\mu$ Theorematis ut extremorum
numerorum multiplicatio tantum
dem conficiat, nimirum 84. Mensu-
rato igitur 84 per alterum se produc-
centium extremorum, notum scilicet
6, ex sententia Maxime premissae of-
fert sese alterum extremum, ut 14: qui
in senarium extremum ductus pro-
creat itidem 84: De similibus idei
aestimato exemplis: Nos prolixius ac
par est immorati sumus huic Thcore-
mati.

Pro

LIBER VII.

PROPOSITIO
XX.

Εὰν τρεῖς ἀγείρμοι ἀνάλογοι ὁστὶ^ρ:
 οὐκέτι τὸ ἄκρω μήσος ἐσαὶ τῷ ἀπό τοῦ μέσο^υ
 σα: εἰπὲ δὲ οὐκέτι τὸ ἄκρω μήσος ~~τὸ~~ ^{τὸ} τοῦ
 ἀπό τοῦ μέσο^υ: οὐκέτι τρεῖς ἀγείρμοι ἀνάλογοι
 ἔσονται. O R: Hoc Theorema sic res-
 picit præmissum ut in Geometria de-
 cimā septimā sextī libri se præceden-
 tem sedecimam respicere nosti. PH:
 Quantum uero iudicas esse discrimi-
 nis, in utroq; quantitatū genere, in-
 ter hæc duo Theoremeta? O R:
 Non usq; adeo multum: Quod enim
 ἀναγμένως discretè de quatuor quanti-
 tatibus dicitur, idem ἐπ' ἀνάλογίᾳ συνε-
 κεῖ seu continua de tribus afferitur si
 medijs terminus bis sumitur, ut in
 explicatione 19 definitionis heri mo-
 nui. Si tres, inquit, numeri propor-
 nales fuerint: qui sub extremis com-
 præbenditur (id est, qui sit ex multiplicatione

EYCLIDEORVM ELE.

*extremorum duorum) æqualis erit illi qui
sub medio, id est, qui ex multiplicatione medij in
se nascitur: PH: Ea multiplicatio medij
fit quando is^t bis sumitur atq; ita ex æ-
qualibus lateribus planus producitur
quadratus.*

Quantum igitur deprehendo Or-
tōphroni, si ex dato trium numero-
rum huius propositionis fecero datum
quatuor numerorum, medio termino
nimirum bis sumpto, nihil uariat hoc
Theorema à præcedenti: Ut positis
tribus terminis proportionalibus in
ratione tripla σωεχως procedentibus
4. 12. 36. necesse erit κατὰ τὸ ἐπόμενον
sive τὸν ξενὸν Theorematis, ut quan-
tum prodit ex complexu extremorū
(scilicet 144) tantundem etiam pro-
deat ex ductu medij in se, duodecies
enim duodecim itidem dant 144.
Cæterum geminato termino medio
dicendo ut 4 ad 12, ita 12 ad 36 citra
discrimen incidero in ditionem præ-
cedens

LIBER VII.

cedentis Theorematis regimine non admodum uariato; OR Tenes. Conuersam huius Theorematis haud difficulter poteris ad præmissum exemplū adcommodare, nec non adhibere similem conciliationem cum præmissæ ῥεοτάσεως conuersa. Ita uero habet.

Si trium datorum numerorum extremiti produxerint ex se numerum quendam æqualem illi quem medius ex se gignit: necesse est, tres datus numeros ἀναλογού esse

ADDITIONE-

tum.

PH: Logistæ non crebro in ore habent explicitam hacten nūs propositionem uigesimalm. OR: Credo, quum forte non sœpe usu ueniat illud quod ex ea dependet problema. PH: Cuius argumenti sit hoc desydero scire. OR: Si ῥεοβλαστικῶς

Lij ex-

EV CLIDE ORVM ELE.

expetatur, *Duobus datis quaq; ratione numeris tertium illis συνεχώς ἀνθελογον subiucere.* PH: Mea quidem sententia expeditio uel huius problematis nihil differt à tractatione superioris si secundus hoc terminus saltem geminetur & haud aliter procedatur ac si tres essent ad διηρημένων ἀναλογιῶν conficiendam oblati numeri. OR: Bene sentis,

Sed unico duntaxat exemplo persequamur solutionem illius idq; ex indicatione proximi Theorematis. PH: Sint data in quacunq; ἔσται numeri 4 & 20: quare de hinc numerum quem uigenarius sic respiciat ut uigenarium quaternarius, in ratione nimirum quintupla. OR: Imagineris tertium aliquem καὶ ἀναλογίαν adesse numerum. Si ergo (ex 20 proposuit:) intermedij termini (qui est uigenarius) quadratus numerus 400 æ qualis

LIBER VII.

qualis est plato numero qui compræ-
henditur sub extremis numeris tanq;
lateribus, necesse est, si 400 mensuræ
tur per alterum extremorum ut 4, ei
mensurum (per maximam recitatam)
alterum extremum ut centenarium,
qui est $\sqrt[3]{10}$ $\sqrt[3]{10}$ $\sqrt[3]{10}$ reperiuntur, 4, 20,
100.

PH: Atqui, posset ne & aliud ex
hoc Theoremate elici problema?
OR: Posset utiq; istud: Datorum
quorumcunq; duorum numerorum to
nus op $\sqrt[3]{10}$ $\sqrt[3]{10}$ $\sqrt[3]{10}$ reperiendum. PH:
Non incommodè per hanc occasio-
nem incideres in $\mu\epsilon\sigma\delta\tau\alpha\tau\alpha$ quas Cice-
re uix audet dicere Medierates. OR:
In præsentia uero non expedit illa pro-
ut par erat excutere: Octauus sequens
liber dabit sufficientem ansam hæc
persequendi: nec non in nono libro,
Theorematum iam tractatorum duo
problemata rutsus sese offerent, ac
tum reddam tib rationem q[uod]ur Los-

LIBER VII.

gistax ex præmissis duobus Theoreis
matibus extruxerint illa. P H: Per
gam tandem, uis, ad 21 propositionem
OR: Pergas omnino: Cæterum pri-
us tractemus tres illam sequenteis pro-
positiones, ut illa, post has, uigesimum
quartum sortiatur locum, quamuis id
demonstratori non uisum fuit.

PROPOSITIONE
XXI.

PH: Εἰς τὸν περὶ τριῶν διανυμοῖς ισούς ἀλλοι
διυτοῖς οὐτοις τὸ ταλάνθρος, σώματος λαμβανός
μενοι ισούς εἰς τοῦ αὐτοῦ λόγῳ οὐδὲ τετραγενεία
μένη διυτῶν οὐ ἀναλογία: Ισούς δὲ οὐσίας εἰς τῷ
διυτῷ λόγῳ οὐσοντι. Ignoro quid sit ανα-
λογία τετραγενεία. OR: In uestibulo
quinti libri definitur; unde huc, habi-
tur nonnihil uariatio, asciscere libuit:
Ait eam esse ὅταν τριῶν ὅντων ἀριθμοῦ
ισούς ἀλλοις οὐτοῖς τὸ ταλάνθρος, γίνεται,
περι μηδὲν ἐν τριῶν ἀριθμοῖς οὐ γονιμενοσ ὅριος
τριῶν

LIBER VII.

τοῖς ἐπόμενον οὐτῶς ἐν δευτέροις ἀριθμοῖς
ήγουμενος τοῦτος ἐπόμενον, ὃς δὲ ἐν τούτοις
τοῖς ἀριθμοῖς ἐπόμενος οὗτος τοῖς ἀλλοι τοῖς
οὐτῶς ἐν δευτέροις ἀριθμοῖς ἀλλοι τοῖς
τοῖς οὐτῶς οὐτῶς : hoc est, Perturbata
proportio est, quando tribus positis
numeris & alterius ordinis totidem,
sicut in priore ordine se habet anteceda-
dens terminus ad suum sequentem, sic
& in altero ordine antecedens ad suc-
cum sequacem : Ut verò in priori se-
rie sequens terminus ad aliud tertium
cum, sic in posteriore serie tertius ad
antecedentem terminum.

Vt, prior series hos contineat nu-
meros 6. 9. 3. Posterior hos, 36. 12.
18. sicut ut in priori serie 6 ad sequen-
tem 9 sic in posteriore 12 præcedat 18
sequentem : Porro ut in priore serie
pristinus sequens 9 ad aliū se sequen-

L 5 tem

EVCLIDEORVM ELE.

tem 3, sic in posteriore serie alius quidam tertius (36) ad pristinum huius ordinis praecessorem 12. Huiusmodi consequentiam terminorum analoga logicam dicimus perturbatam.

PH: Quid, si geminus numero, tum ordo non ita fuerit perturbatus, sed in modum 14 propositionis termini utrobius procelerint? OR: Dicitur analogia τεταγμένη ordinata cuius definitionem ex quinti libri ueſtibulo petas. PH: Atqui non fecit huius uoculæ mentionem propositio decima quarta, alioqui non fuſſem hallucinatus in phraſi σώματος λαμβανομένων, utiq; prius indicata ratione processus OR: Nec mihi tum hoc uenit in mentem: Sed omnino defydero ut iſti Theoremati, ad finem antecedentis seu τοῦ διεδομένου, addatur (κατα τῷ τεταγμένῳ ἀναλογίᾳ.) Deinde mallem iſtud Theorema huic nostro uelut ex cipienti præfigi arctissimoq; uinculo coniungi, ut in Geometricis quantiæ bus

LIBER VII.

bus, si recte memini, facit quintus liber, nimirum Theoremate uigesimo secundo & uigesimo tertio: Ac fortassis etiam in istorum priore Theoremate deerit hoc quod nostræ decimæ quartæ propositioni: Nunc queremur ad pertexendum assumpturn exemplum.

PH: Datum seu Theorematis antecedens satis in exemplo illo declarasti: Ego nunc inferam τὸ θεόν τούμενον quod scilicet κατὰ δὲ ἴσου λόγον etiam ἀναλογία sit, id est, sicut 6 ad 3 in priore ordine ita 36 ad 18 in posteriore. Flagitat id credo sensus Theorematis OR: Flagitat certe: Si fuerint (inquit) tres numeri & alia totidem constans series, semper * utring duobus correspondenter si Hactenus multum sumptis in eadem ratione, * fucdicta com-petunt etiam verò hæc perturbata proportionem am τὴς τε-cesserit, ut etiam διίσου sint in ταγμένη ἀναλο- eadem ratione. PH: Nunc γίξ,
iplez

E V C L I D E O R V M E L E.

Ipsam et gignam diuersum, sed tamen simile $\pi\alpha\gamma\acute{\alpha}\delta'\pi\gamma\mu\alpha$: Sit series prior 3. 15. 9. Posterior autem 10. 6. 30. Ut autem 3 ad 15 in priore, sic in posterior, re 6 ad 30: Porro ut in priore 15 ad 9 sic in posteriore 10 ad 6: Ergo per hoc Theorema ut $\delta'\pi\gamma\alpha$ est 3 ad 9 sic & $\delta'\pi\gamma\alpha$ 10 ad 30. Pergolegere.

PROPOSITIO
XXII,

Οἱ $\pi\alpha\gamma\acute{\alpha}\delta'$ οἱ $\pi\alpha\gamma\acute{\alpha}\delta'$ ἀλλάς ἀγνόοι:
 $\pi\lambda\acute{\alpha}\chi\iota\sigma\omega\iota$ εἰσὶ τῶν τὸν $\pi\kappa\tau\omega\lambda\acute{\alpha}\gamma\omega\pi\chi\acute{\alpha}\nu$ τῷ
αὐτοῖς. OR: *Datis*, ait, *dnobus* vel
pluribus etiam *quotcumq; inter se pri-*
mis numeris: impossibile est reperiri
alios istis minores eandem inter se ra-
tionem obtinentes. Ut 3 ad 2 con-
stituti in ratione sesquialtera sunt in-
ter se primi, hoc est, (ex definitione)
solam unitatem communem admis-
tunt

LIBER VII

tunt mensuram: concludo iam ex propositione nostra, 3 & 2 minimos esse terminos omnium istorum numeros tum qui possint in ratione hemiolia constitui.

PH: Tu quos uocas minimos rationis terminos alij $\omega\mu\mu\epsilon\pi\kappa\omega\varsigma$ dicunt radicem, basin, seu fundum $\chi\iota\sigma\omega\varsigma$ determinantes, ut his non res periantur inferiores alij: Sic 3 ad 2 est $\omega\mu\mu\omega\omega$ sesquialterus, & 3 ad 4 $\omega\mu\mu\omega\omega$ $\epsilon\omega\mu\mu\omega\omega$ sesquitertia radix, apud Aristotelem & Platonem: OR: Recite dicis: Atq; hinc perspicue deprehendi sensum definitionis XI nec non & X, quare nimis illarum numeri dicantur inter se PRIMI.

Sit aliud exemplum plurimum numerorum. Quatuor hi IO. 5. 2. II. ex tertiae propositionis tractatione agnoscantur esse inter se primi, hoc est (iuxta definit.) quod non admittant aliant

EVCLIDEORVM ELE.

aliam quandam mensuram preter qua
solam unitatem : PH : Dicit iam con-
sequens Theorematis, eiuscmodi
numeros exhibitos, esse minimos om-
nium eorum qui eandem possunt in
progressione seruare $\chi\epsilon\sigma\tau\mu$. Id est,
non posse preter hos proferri mino-
res alios quorum primus (ut hac)
ad secundum rationem habeat du-
plam, secundus porrò ad tertium ra-
tionem duplam sesquialteram : Ter-
tius ad quartum rationem subquin-
cuplam sesquialteram.

Sequitur in-
textu,

PRO,

LIBER VI.

PROPOSITIO
XXIII.

Οἱ ἐλάχισοι ἀριθμοὶ τῷ παντὶ τόπῳ λέγονται εἰς τὸν πανταχοῦ αὐτοῖς: πρῶτοι τοις ἀλλήλῃς οἱ σειραί. Hæc est conuersa præcedentis: quales nunq̄ non solent esse planæ, quod conuertibilem fermè eadem sit doctrina: OR: Si minimi offerantur, ait, numeri eorum qui eandem habent inter se rationem: necessariò inter se primi erunt illi. Perge ad intermissionem in loco uigesimo primo.

PROPOSITIO
XXIII.

PH: οἱ ἐλάχισοι ἀριθμοὶ τῷ παντὶ τόπῳ λέγονται εἰς τὸν πανταχοῦ αὐτοῖς μετὰ οὓς τοὺς τόπους λέγονται εἰς τοῖς σάκις, οἵ τε μείζων τὸν μετρητανήσει δὲ ἐλάχιστων τὸν ἐλάχιστον.

OR,

EVCLIDEORVM' ELE.

OR: Minimi numeri eorum qui eandem habent rationem metiuntur (inquit) maiores se, quibus cum eandem obtinent rationem æquabiliter, maior quidem toties maiorem quoties minor minorem.

Vt sint duo numeri 7 & 9 minimi eorum qui eandem habent rationem: (PH: Qui uero deprehendam illud? OR: Ex 22 propositionis indicatione, siquidem prius inter se esse deprehendentur. PH: At unde hoc? OR: Ex primo Theoremate.) Pergo: Sint itcm alij duo numeri 35 & 45, prioribus quidem maiores, at in eadem se respicientes habitudine: PH: Inferam hinc iuxta *γεωμετριαν* Theorematis, quod priorum duorum maior (7) metiatur posteriorum duorum maiorem (35) toties, nimirum quinque, quoties prior.

LIBER VII.

priorum minor (9) posteriorum mi-
norem (45) emetitur.

OR: Accommodemus & ad
plures Theorema numeros, nec enim
in hoc afficietur aliqua iniuria. Sint
quinque numeri 3. 5. 12. 16. 20. idemque
minimi istorum omnium qui similiter
progrediuntur, hoc est primi inter se
(ex 23 propositione & tertiae quoque
adiuncto experimento) Sit rursus ali-
us numerorum ordo 15. 25. 60. 80. 100
priori in progressione, hoc est ratios
num subseguuntione similis, κατὰ τελεγ
μένων numerum ἀναλογίας, ut enim in
priori serie 3 ad 5 sic in posterio 15 ad
25: Vtque in priore 5 ad 12 sic in po-
steriore 25 ad 60. Vtque in priore 12
ad 16 sic in posteriore 60 ad 80: Tandem
dem sicut in priore serie 16 ad 20, ita
in posteriore 80 ad 100.

PH: His ita positis, concludo iux-
ta mentem nostri Theorematis, sin-

M gue

EVCLIDEORVM ELE.

gulos prioris ordinis qui istius progressionis minimi sunt ex ordine meo tiri posterioris ordinis singulos ioculis, quoties nimirum 3 prioris ordinis, quindenarium posterioris mensurat, (ut quinquies) toties quinarium prioris ordinis ipsum uicies quinarium posterioris ordinis mensurabit: atq*ue* ita deinceps.

Exemplum.

Series pri. 3. 5. 12. 16. 20.

Series alt: 15. 25. 60. 80. 100.

PROPOSITIO XXV.

Ἐὰν δὲ οὐδέποι τετράς ἀλλα
λαὸς τριῶν: διὸ τὸν εὐαίσθιον μετρῶν διδιδόσ
τετράς τὸν λοιπὸν τετράς εἰσαι. OR: Si duo
fuerint inter se primi numeri: tertius
quidā alterutrum horū ubi fortè men
sus fuerit, ad alterum tamen primus
erit.

EVCLIDEORVM ELE.

erit. Sæpe euenit Philomathes ut ad duos numeros inter se primos confeatur tertius quidam qui neutrum istorum possit metiri. At si forte occurrit quidam tertius, ait Theorema, qui alterum datorum emetietur, cum impossibile esse, ut idem tertius etiam reliquum mensuret. Nam si eundem etiam mensuraret, essent duo oblati numeri, (ex definitio ne XI) inter se compositi quod est contra $\epsilon\sigma\pi\eta\pi\delta\epsilon\mu\epsilon\nu\eta$ Theorematis Relinquitur ergo consequentis ueritas. Supersedeamus exemplis in re facili ac propemodum puerili, PH: Pergo.

PROPOSITIO XXVI.

Εάν δύο ἀριθμοὶ τρία ἀριθμόν τριῶν ὁστε : καὶ δὲ εἴ αὐτῶν γενόμενος τος τριῶν τὸν αὐτὸν τριῶν ἔσαι.

Mij Meno

EVCLIDEORVM ELE.

Mentem authoris patefaciam unico
paradigmate. Sint duo numeri 8 &
12 qui ex antithese, primi Theorema,
tis sunt quidem inter se compositi, cae-
terum uterque horum relatus ad tertium
um quendam numerum (ut 5) pri-
mus sit: Concludit hinc consequens
nostrum Theorematis: quod numerus
progenitus ex ductu octonarij in duo
denarium (ut 96) ad eundem tertium
um, 5, sit primus: cuius rei possim
periculum facere per primum Theo-
rema. OR: Dextre argumentatus
es, sic enim loquitur propositio:
Si duo numeri ad tertium quendam
primi fuerint: tum ex ijsdem duo-
bus prognatus numerus ad
eundem tertium primus
ut sit oportet.

PRO*

LIBER VII.

PROPOSITIO

XXVII.

PH: Εὰν δύο ἀριθμοὶ ἀριθτοὶ τρεῖς
ἀλλήλους ὕστεροι. οἱ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἀυτῶν γενός
μενος τρεῖς τὸν λοιπὸν ἀριθτὸν ἔσονται. OR:
*Si duo, inquit, numeri primi inter se
fuerint: numerum prouenientem ex
alterutrius in se ductu primum esse
ad reliquum oportet. Sint duo nu-
meri 15 & 19 inter se primi per expe-
rimentum primi Theorematis. Ho-
rum alteruter, pro lubitu, (sumamus
in praesentia 15) ducatur in se ut na-
catur inde quadratus 225: Quid hinc
inferes Philomathies iuxta ζητούμενον
Theorematis? PH: Dico quadra-
tum 225 collatum ad 19, primum es-
se: Ac possem, si per ocium lice-
ret, id examinare per i The-
orema. Sequitur,*

M iij

PRO

PROPOSITIO
XXVIII.

Εάπερ δύο ἀριθμοὶ πρός δύο ἀριθμοὺς
 ἀμφότεροι τρέχοσ εἰκάτεροι, τριῶν δέσιρος: καὶ
 οἱ τέσσερις γενόμενοι τρέχωται τρέχοσ ἀλλία
 λαχεῖσσονται. Theorematis διδόμενορ
 offert quatuor numeros, quorum duo
 conferuntur ad reliquos duos. Cetero,
 rum in modo collationis lubricum est
 in Græcis non versato hallucinari: illa
 Iuin indicat quum dicitur ἀμφότεροι
 τρέχοσ εἰκάτεροι. OR: Exemplum admet
 tibi scrupulum. Sint quatuor numeri,
 quorum duo 6 & 8 conferantur ad duos
 11 et 17 sic ut senar. & adjici collatus &
 ad 17 primus ad utruncumque sit: Similiter 8
 collat⁹ & ad 11 et 17 pri. sit ad utruncumque:
 Illud est authori ἀμφότεροι τρέχοσ εἰκάτεροι
 τριῶν δέσιρος. PH: Consequens Theore
 matis, nisi fallor, sic concludet:
 Numerum progenitum ex multiplicati
 one 6 in 8, (id est 48,) ad eum qui fit
 ex 11 in 17 (id est 187) primum esse.

Sed

L I B E R V I I

Sed audiam Latine sonans Theorem:
rema: OR: Si duorum numerorum
utrumq; ad aliorum duorum singulos
primus fuerit: necesse est numerum
prodecentem ex multiplicatione pri-
orum duorum primum esse ad illum
qui nascitur ex aliorum duorum in-
se multiplicatione. Legas sequentia.

P R O P O S I T I O X X I X .

PH: Εἰπεὶ δύο ἀριθμοὶ τρέψοι τρέψας
αλλήλας ὁσι τολματιάσασι ἐκέλευ-
σονται εαυτὸν τοιοῦ τύχης: οἱ γενόμενοι δέ τοι
τῶν τρέψοι τρέψας αλλήλους προντοῦ. OR:
Hanc priorem Theorematis partem
prius elucidemus: Si duo (in-
quit) numeri primi inter se fuerint, et
quisq; se se multiplicando fecerit alia-
quem: Necesse est illos ex multipli-
catione productos inter se primos esse.

M i i j

V e

EVCLIDEORVM ELE.

Vt sint numeri duo inter se primi 12 & 19 : Ducaturq; duodenarius in se fiunt 144: Itemq; ex 19 fiat quadratus 361. PH: Exigit 2^o Theorematis, ut producti duo 144 & 361 sint inter se primi, quod uerumne sit cognoscetur ex 1 Theoremate.

Restat altera Theorematis pars
καὶ ὅτι ἔξαρχός Τοῦς γινομένους ωλλαπλας
στάσαντες ποιῶσι τίνας: κακεῖνοι τριῶν
ωρῶν ἀλλήλους ἐσονται. Ηγῆ ἀεὶ ωρὴ Τούς
ἄκρους ΤοῦΤο συμβάνει. *OR:* Si porrò
initiales duo numeri recenter produ-
ctos multiplicauerint: & hos ipsos
productos inter se primos esse necesse
est, ac semper id accidit in extremis
numeris: Ut 12. qui fecit ex se 144,
hunc ipsum multiplicet, fiunt 1728.
Alter uero 19 qui progenuit ex seipso
361 multiplicet eundem, emergent
6859: PH: Concludit ἡ Τούμενη ήτος
ius

LIBER VII.

ius partis, quod etiam hi recens pro-
gnati numeri (ut 1728. & 6859.)
inter se primi sint. Atque annexit au-
thor, non diuersum euenire, si quis eos
dem pertendens modo recens acce-
ptos numeros uelut extremos & ulti-
mos porro multiplicet in suos primo-
res : prodituros nimirum & tunc nu-
meros inter se primos : ut multiplies-
tur 1728 in suum 12 prodibunt
20736 : itemque 6859 in suum 19 e-
mergent 130321, sunt iam & hi nuper
reperti numeri ad inuicem primi : Ac
in infinitum posset quis hanc extre-
morum multiplicationem persequi.
Pergam legere.

PROPOSITIO XXX.

Ἐὰν δύο δεῖγμοί τοι τρέψες ἀλλί-
λους ὡστε ; καὶ συναμφότερος τρέψες
τοὺς δύο τῶν τρέψατο εἰσα. Ήττα εστι prior
M 5 Theos

EVCLIDEORVM ELE.

Theorematis pars quam si unico exaz
minauerimus exemplo sat est: OR:
*Si duo, inquit, numeri primi inter se
fuerint: necesse est numerum ex bo-
rum additione prouenientem respectu
ytriusq; primum esse,* Ut sint duo
inter se primi numeri 5 & 7: Dicas ex
sententia Theorematis duodenarium
(qui compositus est ex quinario &
septenario iunctis) primum esse tam
respectu quinarij quam septenarij:
PH: Placet rotunditas explicacionis.

Altera Theorematis pars, prope-
modum ἀντισέφεται ad priorem, hoc
modo: οὐχὶ ἐάρ σωμαφότερος τούτος ἔνα
τινὰ ἀυτῷ τούτος οὐ: οὐχὶ δι εξαρχίης ἀριθμοῦ
τοῦ τοι τούτος τούτος ἀλλήλους ἔσονται. OR:
*Si contra, inquit, numerus ex duo-
rum additione proueniens ad alteru-
rum primus fuerit: erunt duo isti
numeri (additi sc.) inter se primi:*
Ut

LIBER VII.

Vt addantur inter se numeri 27 & 19
conficiaturq; 46, Hic numerus ad alio
terutrum duorum (ut in præsentia
27) sit primus, ex indicatione primi
Theorematis : Concluditur inde,
quod 27 & 19 inter se primi sint. Pos-
tes tua Marte grandiora gignere ex-
empla. Pertexas reliqua.

PROPOSITION XXXI.

PH: Αὐταὶ τεγμῆτος ἀριθμὸς τερός εἰ-
ται ταὶ ἀριθμὸι δὲ μὴ μετέντεται τεγμῆτος ἐσίν.
Αντεῖον hoc est proponendum. Ταῦτα δο-
γεῖται *Omnis primus numerus est pri-
mus numerus?* De numeris quidem
per se compositis constat ex i³ definis-
tione quod respectu aliorum, quibus
cum nullam admittunt communem
mensuram, possint dici pri: Cæterum
de numeris per se primis, haud mihi
constat possintne simili modo respe-
ctu

EVCLIDEORVM ELE.

Et aliorum dici compositi. OR:
Non procul à scopo Philonates: Om-
nino siquidem uera est nostri Theos-
rematis ἀτοφατική, *Omnem primum*
numerum ἀριθμὸν τετραγόνον collatum, quem
metitur, compositum esse: ut quinari,
us est numerus per se primus ex defi-
nitione: qui si conferatur cum quin-
denario quem metitur, non dicetur
respectu huius primus, sed compo-
tus: Hi duo siquidem sunt
inter se compositi habentes commu-
niem mensuram quinarij, qui seipsum
metitur semel & quindenarium ter.
PH: Hæc antithesis, ut cerno, illus-
trat Theorema propositum: *Omnis*
primus numerus ad omnem numerum
quem non metitur primus est. Vt
Quindenarius est numerus primus
atq; ad undenarium quem non
metitur collatus pri-
mus manet

PRO-

LIBER VII.
PROPOSITIO
XXXII.

Εὰν δύο ἀριθμοὶ τολλατλασιάσθε
ἀλλήλους ποιῶσι Τινά, οὐχὶ τὸ γεγόμενον
ἔξι αυτῶν μετρήσεις περιπέτητος ἀριθμοῦς; οὐχὶ ἕνδε
τῷ τοῦ ἔξι ἀρχῆς μετρήσει. OR: Si duo nu-
meri se se multiplicando aliquem pro-
duxerint atque eundem productum
mensus fuerit aliquis primus nume-
rus: metietur primus ille numerus ei-
tiam aliquem duorum propositorum
numerorum: Ut 2 & 21 se se multipli-
cantes produixerint 42: metiaturque
42 primus quidem ut 7: infert con-
sequens quod idem 7 etiam alterum
duorum propositorum metiatur ut
hoc loco 21. Aliud. Quaternarius in
Nouenarius ducet. producat 36: Hoc
productum metiatur 3 primus nu-
merus: PH: patet ex Theoremate
quod

EVCLIDEORVM ELE.

quod idem ternarius etiam metiatur nouenarius alterum propositorum.

PROPOSITIO
XXXIII.

Αἰσας σώματος ἀριθμός, οὐ πότε πρώτον
τίνος ἀριθμοῦ μετέχεται. *Onnis compo-*
situs numerus à primo aliquo necesse
est ut mensuretur, ut, 12 est compo-
situs numerus qui, per definitionem,
mensurabitur à quodam numero. Hic
autem repertus postquam deprehensus
detur esse primus (ut ternarius) sat-
isfic proposicio. Si autem compo-
situs quidam sese obtulerit mensuror
duodenarij (ut uel 4 uel 6) nihilos
minus à primo aliquo mensuretur
duodenarius necesse est. PH: Hic ut
inueniens sit monstra. OR: Ex
oblatis initio compositis mensuris eli-
gitur. Si enim 6 mensurat duodenar-
rium

LIBER VII.

Itum ut compositus, habebit 6 rursus
(per definit) aliam mensuram qui
uel 2 uel 3 est: uterque certe primus,
uterque etiam dimetiens duodenarij:

PH: Cæterum si 72 numeri compo-
positi offertur mensura (36) compo-
sita & ipsa, huius uero rursus compo-
sita mensura offertur (12) quid facie-
am, secunda uenatione non acquisito
aliquo numero primo qui 72 metiat
tur? OR: Quod si id non fit uel
prima, uel secunda uenatione, tameni
uel tertia uel quarta acquiretur.
*(neg. enim in infinitum poterit fieri
diminutio,)* equidem uia proceden-
dum est eadem post repertum duos
denarium donec peruentum fuerit
uel ad binarium uel ternarium quem
ad modum in superiore euenerit exem-
plo. PH: Legam sequens Theos-
tema ab hoc non prorsus
alienum;

PRO

EVCLIDEORVM ELE.
PROPOSITIO
XXXIII.

Διαδεκτόν δέ τοι τριῶν εἰσὶν, οὐ ποτὲ
τριῶν τίνος ἀριθμὸς μετέχει. ΟΡ: Ex
præmisso Theoremate uidetur pen-
dere. *Omnis numerus* (inquit) *aut*
primus est: aut à primo quodam men-
suratur numero id est Compositus
est per conuersationem præcedentis.
Pergamus ad explicationem sequen-
tis ἀριθμών τινὲς εἰσὶ τριῶν ματική.

PROPOSITIO
XXXV.

PH: Αριθμὸν διοθέντων διποσονοῦς: εἴς
γεῖρας τοὺς ἐλαχίστης τῷ ποτὲ τοῦ αὐτοῦ λόγου
εχόντων αὐτοὶ. Huius problematis non
infrequens usus est logistis quoties
uel fractiones Physiscas uel rationum
terminos ad τυθμάς reducere sti-
dent

LIBER VII.

dent, OR: Datis, ait, quotcunq; numeris: inueniendi sunt totidem numeri minimi habentes eandem inter se rationem.

Afferam solutionem generalem satisfacientem quibusuis exemplis. Numeri oblati initio explorentur sintne inter se primi uel compositi, (peri propositionem si duo fuerint, Aut si plures, per tertiae præmissum Lemma, adhibitis etiam ἀνοφετικαῖς earundem propositionum) quod si primi fuerint, habes ζετούμενον problematis, sunt enim (per 21 proposit.) minimi eorum qui eandem possunt constituere inter se habitudinem: Si vero compositi, inquiratur (uel per secundam uel tertiam proposit.) eorundem communis maximâq; mensura, per quam ubi fuerint singuli

N proposito

EVCLIDEORVM ELE.

*propositi mensurati, necesse est men-
surationis quotienteis esse τυθενικούς
ὅρας, id est, numeros minimos eorum
qui in isthac ratione possunt consi-
stere, per conuersionem decimæ
quartæ propositionis.*

PH: Sine ut ipse pericliter in ex-
emplis. Sint dati duo numeri 15 et 22,
sive in fractione sive alias in ratione
positi, quas uelim experiri num pos-
sint ad minores terminos redigi: fa-
cto autem periculo per i propositio-
nem esse inter se primos, id est &c.
Rursus sint alij duo 44 & 12 de quis
bus idem propositum. Hec offert pri-
mum problema corundem commu-
nem maximamq; mensuram (4)quæ
metiens singulos producit ex mensu-
ratione, ii & 3, quorum undenarius
toties metitur 44, nimirum quater,
quoties ternarius duodenarium:
Quare per τωλυθεομίαν 24 propo-
sitiones

LIBER VII.

Sitionis, $\omega\nu\delta\alpha\epsilon\nu$ propositorum numerorum sunt II & 3. In explorandis pluribus numeris haud dissimilem sumis opellam: ut 32. 15. 19. ad minores regredi non possunt, sed hi ipsi sunt $\omega\nu\delta\alpha\epsilon\nu$ μεροι ὥστε istius ἀκλοναις per 2 επάνη problema inter se sunt primi. Ceterum 60. 75. 95. ex secundo problemate compositi sunt & beneficio eiusdem acquiritur communis eorumdem & maxima mensura s' per quam singuli mensurati, prodibunt καταμετρήσεως ἀριθμοι 12. 15. 19. minimitermini. OR: Rem probe adiequus es.

Sed ut video, per hoc ultimum exemplum facile daretur cuique iusta occasio cognendi $\omega\nu\delta\alpha\epsilon\nu$ μετρικόν aliquid $\omega\nu\delta\alpha\epsilon\nu$ ex solutione huius problematis. PH: Quale id est? OR: *Datis quocumq; numeris minimis aliquibus progressionis: alios ipsis maiores reperiri qui eandem seruent basi-*

N*y* bitu-

EVCLIDEORVM ELE.

bitudinem: Quando enim numeri
minimi 12. 15. 19. multiplicati sunt per
5, prodierunt maiores ipsis in eadem
habitudine 60. 75. 95. Quod patet
per 17 Propositionem PH: Atque tex-
tus illius loquitur de duobus saltem
numeris per unum multiplicatis.
OR: Eadem propositio & ad plureis
extendi potest numeros, quod tum
monuissem si per occasionem forte
venisset in mente. PH: Sequitur
in codice.

PROPOSITIO XXXVI.

*Διὸ τρισμάρηθεντος οὐ πέλαχις
σοπ μεγάστην ἀγείρειν. OR: Datis du-
bus numeris: inueniendus est mini-
mus numerus quem illi dimicentur.
Expeditio huius problematis non la-
borat ulla difficultate si duas consydes-
rari si uias: Aut enim numeri oblati
duo*

LIBER VII.

duo sunt inter se primi, aut uero compositi. Si fuerint inter se primi dati numeri, ducatur alter in alterum multiplicando: tum necesse est numerum, sub his duobus lateribus cōprehensum, minimum esse quem uterque metiri possit. ut ex 12 & 23 multiplicatis (qui sunt inter se primi) prouenit 276 quem dico esse minimum eorum qui sub mensuram 12 & 23 cadunt.

Cæterum si duo oblati numeri inter se compositi fuerint, acquiratur ipsorum communis maximæ mensura: per quam si alteruter oblatorum mensuretur ac numerus mensuratio-
nis in reliquum oblatorum ducatur, emergere necesse est minimum quem metiri possunt numerum: ut 15 & 36 sunt inter se compositi: Communis maximæ eorundem mensura est 3.

N*isi* Per

EYCLIDEORVM ELE.

Per hunc ternarium mensurato alterius
utro illorum (ut in præsentia quin-
denario) emergunt ex mensuratione
5, qui ductus in reliquum 36, produc-
cet 180, minimum eorum qui per 15
& 36 mensurari possunt. In reliquis
exemplis eodem incedas tramite.
PH: Ut secunda propositio erga ter-
tiam adfecta fuit: sic & hoc problema
non multò post sequuturum proble-
ma respicere animaduerto, quod per-
lubenter huic statim subiçerem: Sed
ne temere propositionum interrum-
pamus ordinem in seriatim sequens
Theorema.

PROPOSITIO
XXXVII.

Εάν δύο ἀριθμοί ἀριθμόν τινα μεῖναι:
καὶ ὁ ἐλάχισος ὑπὸ αὐτῷ μεῖούμενος τὸ
αυτὸν μεῖναι. Si duo, inquit, nume-
ri tertium quendam mensū fuerint:
opos-

LIBER VII.

oportebit numerum minimum qui à duobus illis mensuratur emetiri etiam tertium. Ut duo numeri 9 & 12 emetiantur tertium quendam 72: Minimus uero numerus quem 9 & 12 emetiantur sit (per præmissum problema) ipse 36: Subiicit hec consequens Theorematis, quod eadem 36 etiam tertium 72 emetiantur. Aliud gignam. Senarius & octonarius metiuntur 48: Minimus autem numerus quem senarius & octonarius emetiantur (ex 36 propositione) est 24: Concludo hinc quod 24 etiam metiatur 48. Nunc tandem audiamus istud de tribus numeris problema.

PROPOSITIO
XXXVIII.

τριῶν ἀριθμῶν ἀθέντων : εὐστόρ
ελάχισον μετρήσανταν ΟΡ: Quæritur hec idem in tribus & per similitudinem in pluribus numeris quod
Nisi antea

EVCLIDEORVM ELEG.

antea in duobus. *Trium datorum*,
inquit, *numerorum minimus quem*
mensurant numerus reperiatur. PH:
Solutio huius problematis uidetur
mihi constare prioris illius ingeminaz-
tione aut repetitione cibriore; OR:
Omnino. *Reperitur*, enim, *triun*
exhibitorum numerorum minimus
qui ab illis mensuratur, si cum duobus
primum agatur iuxta præcedentis
problematis præscriptum: numerus
verò inuentus ad tertium proposito-
rū adcommodeatur cùmq; his duobus
eodem modo procedatur. Nam nume-
rus hic secundo repertus, trium dato-
rum est minimus quem mensurare
possunt.

PH: Effingas commodum ex,
emplum. OR: Sit inueniendus mi-
nimus numerus quem mensurare
possunt 2, 9, 14. Binarij & Nouena-
rīj

LIBER vir.

tij minimus quem metiuntur numerus, ex præmisso problemate, est 18: Huius uero 18, & tertij proposito, 14 (ex eodem problemate) minimus qui ab illis mensuratur numerus est 126: Concludo igitur ex sententia solutionis: Secundo loco repertum 126 esse minimum numerum qui a 2, & 9, & 14 mensurari possit.

PH: Gignam ego nonnihil diversum in pluribus numeris: Nulla enim, ut intelligo, diuersitas est inuestigationis, siue tres siue mille dentur numeri. Sit autem inuestigandus numerus minimus quem mensurare possit & 2 & 8, & 10, & 20. Biparij quidem & octonarij minimus est ipse 8 ex præmisso problemat. Octonarij uero & denarij (ex eodem) est 40: Quadragenarij uero & uigenarij (ex eodem problem.) ipse 40 est: Concludo igitur, 40 repertum, minimum esse numerū quem metiantur oblati nu-

N 5 meri

EVCLIDEORVM ELE.

meri. OR: Per placet fœlicitas in-
genij tui: Nam dexterim adsequus
tus es solutionem problematis. Cæ-
terum sis huius tui paradi gmatis mea-
mor, nam eius usus erit in ultimo pro-
blemate ualde tempestiuus ac com-
pendiosus. Nunc pergas legere.

PROPOSITIO
XXXIX.

Εὰν ἀριθμὸς ὑπό Τυρος ἀριθμοῦ με-
τέραι: ὁ μετρουμενος ἀμώνυμος μέρος ἔξι
τελετροῦντι. OR: Si numerus ab alio
quodam mensuratur: habebit is qui
mensuratur, eiusdem denominationis
partem quam ostendit mensur. Ut
18 mensuratur ab 9: Dico quod 18 eti-
am nonam partem habeat, quæ scili-
cet est 2. Sic 24 mensuratur ab 8:
Sequitur, 24 etiam octa-
uam partem habere
quæ est 3.

PRO

LIBER VI.
PROPOSITIO
XL.

PH: Eās ἀγείθμος μέρος ἔχει ὅτιον;
ἴποδόμωνύμος ἀγείθμονα μετέκεστη λέξη μέρη.
Hæc quasi conuersa est præcedentis.
Ut sit octodenarius qui habet nonam
quandam partem nimirum 2: Conclus
do, eundem octodenarium mensura
ri à nouenario qui denominatur à
parte : Hic ne sensus est : OR: Est
omnino, Sic enim habet proposicio.
Si numerus partam babuerit quam
cumq; metietur eundem numerus à
parte denominatus. Sex & triginta
tertiam habent partem: Poteſt igitur
enidē sex & triginta metiri ternarius.
PH: Vespel ingruit, propereius id
circo ad explicacionem ultimæ ὡρολόγ
στο; quam mirum in modum gestio
audire: Nam ex ea te producturum
heri promisisti Epigrammatiſ ſens
sum de aurea Minerua statua,

PRO

PROPOSITIO

XLI.

Vltima.

Αριθμὸν ἔνεγκος ἐλάχισος ὡς εἶται τὰ
δοθέντα μέγεν. Ο R: Numerum debes
inquirere habentem datas partis, sic
tamen ut nullo ipso minor quis sit qui
eadem contineat. Ut si inueniendus
esset numerus qui & secundam, & ter-
tiam, & sextam partem habeat, quem
esse illum dices ε PH: Triginta sex:
Nam hic medianam partem habet (18)
& tertiam (12) & sextam (6) Ο R;
Atqui minimum inuentum uult pro-
blema: Iam neutiquis minimus est 36
sed habetur longe minor ipso duode-
narius cuius secunda pars est (6) ter-
tia (4) sexta binarius.

Vt itaque habeas certam quandam
atque expeditam inueniendi methodo-
dum

LIBER VII.

dum sic soluo problema. Denominatio-
nes partium contentarum in nume-
ro inueniendo collocantur ex ordine:
Harum déinceps (per proximum
problema) inueniatur numerus quem
metiantur minimus, quo acquisto
venati iam sumus problematis ³ & ¹⁰ ₁₀
utrop: Ut inueniendarum partium de-
nominationes in præmisso paradeig-
mate sunt 2, 3, 6: Harum minimus
quem metiuntur numerus (ex proxim-
mo problemate) est 6: Nam hic prior
rum duorum 2 & 3 est minimus
quem illi possunt mensurare (ex antea
penultimo problemate.) idemq; senari-
ius ad tertium numerum (6) collatus
minimus manet quem senarius meti-
ti potest: quare, per proximum pro-
blema, 6 minimus est eorum quos ob-
latarum partium denominatores meti-
surare possunt: atq; ex problematis
huius solutione senarius numerus est

com-

E V C L I D E O R Y M . E L E .

complectens partem medium id est 3,
tertiam id est 2, sextam id est 1.

PH: Sine quo gignam experimen-
tum nonnihil diuersum. Iubear
indagare numerum qui minimus
complectatur in se Medium partem,
Octauam, Decimam, & Vigesimal:
Harum partium numeri διανομη sunt
hi: 2, 8, 10, 20, quorum minimus quæ
metiuntur. OR: Quid laboras in su-
peruacaneis? In proximo problema-
te meministi indicasse te numerum
ab his mensurabilem (40)? Hic est
quæsitus etiam in hoc problemate nu-
merus: quod probo PH: Permittas
mihi Ακιμασίαν: Habet quadragena-
rius medietatem quæ est 20, habet &
διγόρατον quæ est 5, & δικάτων 4, et
εποκούν id est 2. OR: Tu non ini-
cam tibi habes Mineruam, siquidem
ipsius Epigramma preter exspectatio-
nem tibi labitur inq; sinus medijsq;
amplectitur ulnis: Audias me quæ so-
tibi

LIBER VII.

tibi recitantem illud ex libro Epigrammatum, ut mireris cuam ευσοχιαρ.

Παλλάς ἐγώ τελέθω σφυγέλατος, αὐτας δ
ζησασ,

Αἰρόμη πλευρή μῶνον οἰδίοντόν τοι:
Εμαστη μὴν χρυσοῖο χαρεῖσι Θεοί, ογδοάτην δὲ
Θέσθαι, οὐδὲν θεκάτην μοῖραν ἔδηκε
Σολωμ.

Αὐτας δὲ εικοσήν θεμίστωρ. ταὶ δὲ λοιπὰ ταὶ
λαρτα.

Επέργη τέχνη μῶνον Αγεισοδίκη.

Vides prorsus denominatio-
nes grecas cum tuis conuenire; Pal-
las se malleo factam dicit, autem quod
habet suppeditatores fuisse iuencis
Poetices studiosos: Sic ut Charisius
dimidium attulerit, Thespis uero
octauam partem, Solon decimam,
ac Themison Vigesimam.

Hic

EVCLIDEORVM ELE.

Hoc si lector Epigrammatum ambiget de numero huiusmodi parteis complectente, indubitanter Philomates ex Euclidea numerorum Philosophia poterit respondere; Quadragesarium esse, cuius recitatæ partes in unum conflatæ, si adiiciatur & 9, conficiunt 40. ¶ PH : Lector, huc manissime Orthophroni, suprà quam dīci potest quòd res ex animi processerit sententia. Nunc quia deuentum est ad terminum septimi libri, cefset Dissertatio OR : Placet feruare pactum hesterno die inter nos initum ut bidui spacio septimus saltē inter nos explicaretur liber; quanq; nec erit graue reliquos etiam eadē simplicitate quandoq; percurrere, ubi uel tu uel quisq; lōdalium huiusmodi officij genus à me flagitauerit & mihi per ocium id præstare licuerit.

Non defuisse certe in hac materia ostendandi occasio iusta: Sed

* (em)

LIBER VII.

Cons tulit	Charisius	Domi.	20
ad	Theffis	paro	Octa.
Mis- ner.		tem	
ue	Solon	ta	Decim.
statu am		len-	
	Themi.	torū	Vigesim.
	Aristo	autē	geli.talen
dic. us.			td.

Sum: omnium Talentor. 40.

* semper malo propter captum rudio-
rum balbutiens uideri soixeuōTne quām
vel luculentus compilator, vel intem-
pestivus ostentator. nec hoc citra o-
men, quum alias mira sit in numeris
simplicitas, fucus nullus, propria nio
mirum sua luce & frugalitate conten-
ti, ubi cætere professiones & cultum
amant & tantæ uidentur esse quan-
tum uerbis tolli possunt. Nulla, mi-
bi credas, diu placere poterunt que-
cunq; prima statim fronte arrident,

O quic

BVCLIDEORVM ELE.

qui būsg; rebus à vulgo datur adplausus de his suspiciojam fieri cordatis deliberationem oportet. Non igitur mouearis istorum clamoribus qui hanc pulcerrimam doctrinā extenuant ueluti puerilem nulliusq; nitoris: Ignorant equidem isti nitidi Thrasōnes, quod hæc ipsa puerilis doctrina, ut cum Platone loquar, tam ad Oeconomicam quam Politicam uitam, dēsigniq; ad omnium doctrinarum defensionem perceptionem plurimum habeat momenti: Addo, quod id ipsum τάχιστον μάθημα vegetiore & alacris rem exuscitando reddat omnem (sic ut idem inquit) πόρους αγοράμας ή φύσει, atq; euvidem ήτοι εὐμαθή, ητού μεντονα, καὶ γχίνη περγάζεται. Et quāquam prima coitio aliquanto est inazmoñior: tamen deuorandum quis, quid in eiusmodi principijs offertur tardij uel etiam contemptus: fulcierendus magis animus spe futuræ delectationis.

LIB: 5 de
legibus.

L I B E R VII

tionis quæ erit impensior post quam
quis nō ἀκρομίκηται ut cum Hesiodo con-
cludam. PH: Isthæc iam antè mihi
præmeditata fuere, quam mane te
conuenissim: Nunc quum διαλογούς
μενον audiam impensis loctor, atq; das-
bitur à me sedulo opera ut apud mes-
morem hæc aliquando comperiaris te
fuisse locutum.

Ante quam uero in nidum ga-
terq; regrediatur suum quem mane
reliquimus, unum est quod apud te
deponam sed in aurem fidam ac mihi
benevolam, nam palam id garrire
non patietur arrogantis fremitus uul-
gi qui egrave fert sua non semper laudas-
ri: Recte improbant viri non usq; ad
deo indocti passim receptum ab indo-
ctis morem, proponendi Adolescen-
tibus rudimentorum loco practicas
illas incipientibus nimium operosas
de Arithmeticis præceptiones. Nam

O ij bas

EVCLIDEORVM ELE-

bas sine ullo viuo præceptoris ductu-
dēinceps haud difficulter adsequi pos-
serit. (ut hoc biduo me res ipsa eru-
diūt) si priūs hæc tenuissima simpli-
cimāq; Arithmetices Elementa, qua-
tenus in 7, 8, & 9 Euclidæ tractan-
tur, rectè percepissent.

Præter quām enim quōd nono-
nihil debebat esse discriminis inter
uulgareis mercatorum Logistas &
Philosophiæ studiosum (cuius pro-
prium arteis ab ipsis primordijs adiun-
ctis rationibus cognoscere) hoc par-
ter accedit, quōd in practicis non tan-
tum τὸ ὅτι Arithmeticum non tradi-
tur, sed & difficilius quoddam ipso
τὸ ὅτι: Addo, quod ibidem non medi-
ocris Geometriæ requiratur cognitio
uti supputatores norunt.

Hac ratione non bene ducitur
misera & imperita, teneris suis annis
fluctus,

L I B E R . V I I I .

fluctuans iuuentus. Vnde dolendū,
Magistrorū peruerso atq; insulso iu-
dicio nunq; non frangī optima quęq;
uerē heroica, ac frugalissima ingenia
quæ breui aliās temporis spacio per
omnium disciplinarum campos citra
ullas ingenij torturas facile spaciaren-
tur si commodum primis nancisceren-
tur annis semitarum monstratorem,
nec uel ab inuidis, uel morosis atq; im-
peritis s̄epe rusticis per auia duceren-
tur. M̄hi quid acciderit ante perpau-
cos annos malo tacere. Quicquid ues-
rō deinceps lucis ac perspicacitatis in-
genio affulsit, id totum tribuo Deo &
Philosophiæ Euclideæ. Sed hæc non
facile imperitis persuasero : & aliās
gaudet mundus decipi ac per auia du-
ci magno cum dispendio tam studio-
rū quam temporis nunq; reuertentis.
Ista bactenus.

Restat, Ut precemur Deum
Optimum Maximum, creatorem &
O iij con-

EVCLEI DEORVM ELE.

conseruatorem uniuersitatis rerum,
fontem inexhaustum omnis intellige-
gentiae, qui hoc ipso fine numerorum
atque ordinis intellectum, brutis dene-
gatum, creature inseuit rationali ut es-
set aliquid sui in natura rerum exem-
plar cui tandem in futura post hanc
mortalem uitam æternitate communia-
nicaret sese ad perpetuam celebratio-
nem: Hæc, inquam, diuina mens, fons
æternitatis, dirigat omnium nostrum
pectora, ut unice meditemur non
que caduca & brevi peritura sed
quæ spectant ad illustrandam glori-
am diuinæ illius Majestatis, Scholas
gutti ac Republicæ Chris-
tianæ incrementa.

Amen.

Prescriptum Mense Iunio.

VVITTENBERGAE,

ANNO

1564.

CASTIGATION.

B ii. Pag. 2. V. 4. in Claudio gaudet
à Typica Epenthesi, pro Claudio.
B 6. Pag. I. V. II. Geodæsianus legatur.

C 2 Pag. I circa finem abundat
n. in subsequenturis.

C 5 Pag. I in definit: Τεῦ λόγῳ, οὐοχ
δημογενῶς redundare credatur si ad *
numeros adplicetur definitio.

C 6 Pag. I in definit 8. pro ωρίος Θ.
lege ωρίως ὅ. sic et paulo post, ωρίως ὅρ

D 7 Pag. I. V. 3. lege Τετραγωνικῶς τλευ
σά. Pagina eadem uetsu antepenult
timo pro ωρίως Θ' lege ωρῶς.

F 2 Pag. I. V. penult. lege ἀποφθε
τικῶς θ' in sequentibus semper pro κασ
τα eiusdem uocis, legas ἀπο.

F 8 Pag. I V. 8. post Inter lege Sc.

G 2 Pag. 2 V. 14 lege ωροσχωρίσει.

H I. Pag. 2. V. I. lege Λύτουμενορ
pro Λεθόμενορ.

Reliqua suo Marte poterit candi
dus lector corrigere.